


Copiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 224 hojas sin foliar bien tratado, completo.

R. Sanchez de peccatis et legib.

Est. 1. ans.
Tab. D.

Tractus de peccatis in 1a 2e Doctoris Angelici Sancti Thome.

À questione 71 ad octogessimam usque nonam Commentarius.

Authore R. P.e Sebastiano Sanchez Hispalensi, Moralis cathedre moderatore
in Collegio Cordub. Societatis Iesu
D. Chaterinę V. et M. sacro.

Scribebat, et audiebat D. Antonius de Flores, et Leon
D. PELAGIJ M. Cordub. COLLEGA.

Anno Domini 1654.



Prologuium.

Provectiori presentis anni curriculo, Auditores optimi, post
Januarii nonas, cogor iam nunc Moralibus disputationibus raptim aperire Theolo-
giam auspicatissimam, in votis erat breviusculo tractatu residua hec sex mensium spatio
utcumque supplere, ut post sequestrum de more literarum pacis, reflexo iam animo
liberior calamus ad nova attingeretur. Et quidem minus per tempore; quod enim
magnum, quod dignum sit properata meditatio parturiat, tamen et multa dies, et
multa litura vix possit literarios hos fetus allambere, ne potius in su-
dibus, quam in luce edant informes. Placuit tamen nobis prolixa hec de pecca-
tis elucubratio, placuit et mihi co[illegible] iure, malo enim auscultatores
avidos, quam surdos auditores, obsurdescit quippe quantumcumque audiat, qui
non auscultat. Gratulor deinde mihi, quod ante retis iactus steterim, quo gau-
deant Apostoli pisces inescari copiosos [illegible] capturos.

Igit

Igitur mentis vestrae ad peccatorum cognitionem haud in[illegible] invito, ut eorum foeditate animus intingat, absit, sed potius et ipso horrore maculosorum criminum plagas cauteliusque vide, minus enim nocent insidiae, quae minus latent, ideo littor[illegible] e naufragio nauta discit prorae, quo melius syrtes, ac scopulos praenovit, nusquam ille ex insidiis nocturnos. Sequar vigiles Divi Thomae pharum, qui fluctus hos feliciter subegit, sed quidem hic opus, hic labor, quo enim difficilius, quam in medio maris fluctu navis fideliter persequi? nec omnia, quae per undeviginti quaestiones Angelicus Doctor complexus est, fuse tractabo. Quaedam enim faciliora sunt, quam ut tironis calamus impressione delineat, quaedam vero potius ad ieiunorum ingeniorum subtilitatem expectant, quam ad utilitatem, et sane meminero non scholasticam, sed moralem Theologiam sorte mihi obtigisse. Nec decrit in ipsa utilitate subtilitas, ut enim inquit Seneca; nimis sunt iniquius his, qui nunquam putant eos subtilitatem, nisi ut nihil sit praeter subtilitatem.

Selectiores ergo quaestiones, quibus plausum, [illegible] ipsa diffusas apud scholas peperit, fusiori calamo discutiam, alias ad loca et passim [illegible] authorum remisi, ut potius levioris momenti. Nihil [illegible]tatis [illegible]quae ingenii dico, novi enim ad quae discrimina trahat iste, seu fastus, seu furor: per legem, studio discendi, aliorum scripta, nec ideo displicebit doctrina, quia praecedens ab alio inventa, quasi omnia ex proprio cerebro sint eruenda, ut placeant, quasi semel ex cerebro Iovis [illegible] sapientia subarmata palladis imagine is[illegible]. ingentis capitis dolore, seu potius sessione steriliter partu. Integrum enim putabitis eius cerebrum, qui omnes ex se sententias parturire, aut enixe ostendat, aut vane iactet? melius ego capiti meo prospiciam, imo et auditoribus meis, ad quos non ingenium, sed doctrinae divendituros accedo; et quidem si qua video optime apud alios excogitata aut instructa non vobis invidebo, sed sane certos de huiusmodi doctrinae soliditate, ac bonitate, quo prius sese in alterius mentis insinuavit, neque, ut cum Lypsio loquar, ne caraneorum sane textus, ideo melior, quod ex se fila gignunt; nec noster vilior, quia ex alienis libamus, ut apes. Accerrime locutus. Summa Doctrinae Sancti Thomae.

Summa Doctrinae Sancti Thomae.

Et non omnes Angelici Praeceptoris quaestiones enarraturi

simus

Simul in hornas ... necessarium methodum per omnia secuturi: placuit nihilominus in studentium gratiam quasi brevi tabella scriptis appensa summam earum quae exponere, ut uno veluti adspectu auditores nostri totum de peccatis morem utcumque comprehendere possint. Ita enim facilius ad fontem recurrent, si qua ex dictis a nobis omissi mentem titillaverit.

Quaestionibus per undecim complexus est D. Thomas quae de peccatis disputari poterant. In 1° enim agit de vitiis, et peccatis secundum se, per sex articulos. Ubi an vitium opponatur virtuti, 1. art. 2° negat? et affirmative resolvit duobus prioribus. In 3°, an vitium sit peius actu vitioso? et negative resolvit. In 4°, an peccatum possit esse simul cum virtute? accurate distinguit, mortale non posse simul esse cum virtutibus infusis, bene tamen cum acquisitis: veniale autem cum utrisque posse. In 5°, an peccatum possit esse absque omni actu? et per se loquendo affirmative resolvit. Denique peccati definitionem 6° articulo examinat.

In 2° quaestione distinctionem peccatorum disquirit per novem articulos. In 1° rogat an peccata differant specie secundum obiecta; in 2°, num convenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus, et utrumque affirmative resolvit. In 3° an peccata distinguantur in specie per causas, nam de activis, aliter de finalibus. In 4° an convenienter distinguatur in peccatum in Deum, in se ipsum, et in proximum, et ait recte distingui. In 5° an divisio peccatorum, quae est per reatum diversificet speciem? In 6° an peccatum commissionis, et omissionis specie differant, et utrumque negat. In 7° an convenienter dividatur in peccatum cordis, oris, et operis, favet huic divisioni, s... In 8°, an superabundantia, et defectus diversificent speciem peccatorum? affirmat resolutio. In 9°, an peccata specificentur secundum diversas circumstantias? et id verum quandoque esse fatetur.

In 3° quaestione comparata invicem peccata per decem articulos. In 1°, et 2° asserit non omnia peccata esse inter se connexa, nec paria, in 3°, et 4° eorum gravitatem variari secundum obiecta, et secundum dignitatem virtutum, quibus opponuntur ... similitatem. In 5° statuit peccata carnalia ceteris paribus minora esse, quam spiritualia. In 6°, gravitatem crescere ex maiori voluntate peccandi, et ex peiori causa finali, decrescere vero ex maiori causa extra, ut metu, infirmitate, etc. In 7° et 8° etiam quandoque augeri ex circumstantiis, item ex maiori nocumento, si sit praevisum, et non intentum, immo quamvis non sit praevisum, dummodo per se sequatur ex

peccato

pecc° . In 9° et 10, gravatis quoque desumi ex conditione personae, in quam peccat, et ex magnitudine peccantis.

In 4a q.e ad subiectum peccatorum divertit per decem scilicet articulos, in quinque prioribus docet, non solum voluntatis esse subiectum peccati, sed alias etiam potentias, quae per ipsam moveri, aut reprimi possunt, unde peccatum veniale potest esse in sensualitate, mortale vero non nisi in ratione. In 6° ait peccatum morosae delectationis posse in ratione reperiri. In 7° et 8°, peccatum consensus in actum esse in ratione superiori, ac consensum in delectationem esse peccatum mortale. In 9° et 10 deffendit veniale posse esse in superiori ratione, secundum quod est directiva inferiorum virium, item secundum seipsam, quia omnia commode explanari ibi temperarunt.

In 5a q.e causas peccatorum in generali considerat quatuor per articulos. In 1° statuit peccatum habere causas. In 2° habere causam interiorem proximam ex parte rationis, et voluntatis, remotam vero ex parte imaginationis, et appetitus sensitivi. In 3° posse habere causam exteriorem, quatenus aliquo exteriori potest movere, non tamen sufficienter cogere ad peccandum. In 4° denique exponit, quomodo possit unum peccatum alterius esse causa.

In 6a q.e ad causas in speciali descendit per totidem quatuor articulos. In 1° tenet ignorantiam esse posse causam peccati, illam scilicet, quae tollit scientiam prohibitivam actus. In 2° ignorantiam vincibilem, sive eorum, quae aliquis scire tenetur, esse peccatum. In 3° et 4°, hanc excusare a peccato tantum ex parte illud, quod diminuere, sive sit indirecte voluntaria, totaliter autem excusare, si sit invincibilis.

In 7a q.e discutit causam peccati ex parte appetitus sensitivi, per octo articulos, In 1° asserit voluntatem indirecte moveri ab appetitu sensitivi passione. In 2° explanat, quomodo ratio possit a passione superari contra scientiam suam. In 3° ait peccatum, quod est ex passione, posse etiam dici ex infirmitate. In 4°, et 5° amorem inordinatum sui esse principium omnis peccati, unde convenienter assignari causas peccatorum concupiscentiam carnis, oculorum, ac superbiam vitae. In 6°, et 7° allevari propter passionem praecedentem, non tamen excusari totaliter. In 8° tandem concludit, peccatum etiam, quod est ex passione, posse esse mortale.

In 8a q.e aliam peccati causam, nempe malitiam exponit

per

p quatuor articulos. In 1°, 2° et 3°, docet, posse aliqm ex certa malitia peccare, et hoc modo peccare quicumq peccat ex habitu, n tn e contra. In 4° deffendit pecc ex certa malitia gravius esse pecco ex passione.

In 9° q^e de caus exterioribq pecci disputat, quatuor etiã p articulos. In 1° pbat Deu n ee cau pecci. In 2° explat, in quo tn actus pecci sit a Deo, nempe solu in quantu actus e. In 3°, et 4° explat quomodo Deus sit caa excecationis, et obdurationis, et has n semp ordinari ad salutẽ eius, qui excecat, et obdurat.

In 10 q^e cau pecci ex pte Diaboli, tribus articulis ventilat, in 1°, et 2° docet Diabolu n ee cau hoi directe, peccandi, posse tn inducere ad peccandu interius instigando. In 3°, n posse ne cat inferre ad peccandu, lt p pravitate possit aliquos inducere ex necessitate ad actu, qui de suo genere pecc e. In 4° demu scludit n oia pecca hou ee directe ex suggestione Diaboli, sẽ etiã ocasionaliter.

In 11 q^e, cau pecci ex parte hois examinat, quinq p articulos. In tribus articulis prioribq statuit 1u peccatu 1i parentis traduci p originẽ in nos posteros, n v° alia pecca, s. primi parentis, l. proxim parentu. In 4° ait n scontrahi origale peccatu, si quis ex humana carne miraculose formaret. In 5°, si sit n scontrahendu origale, si adhuc Eva peccante Adam n peccasset.

In 12 q^e disputat de pecco originali, quantu ad suu esse, p quatuor articulos. In 1° explat quomodo pecc origale sit habitu, s. q e quedã inordinata dispositio. In 2° ait n ee in uno hoe plura pecca origalia. In 3°, eiusdẽ pecc mali ee scupiscentia, formaliter vero defectu origalis iustitie. In 4°, ideo equalit in oibq

In 13 q^e, subiectu origalis pecci inquirit p tres articulos. In 1° ait peccu origale n ee in carne, tam pmin subiecto, s°, tam pmin cau instrali, nempe in semine. In 2°, et 3° p prius ee in essentia, quam in potentiis. Id p prius inficere voluntate, quam alias potentias. In 4° demum exponit, qualiter potentie, que ad actu generationis scurrunt magis pecco origali inficiant, quam alie. subito

In

2

In 14 q.e, causam pecc.i ulterius investigat, secundum q.d unum pecc.m e alterius causa, per 4.r etiam articulos, in duobus prioribus explat, q.o sit, et cupiditas sit radix omnium malorum, et peccatorum, et superbia initium omnis pecc.i, in posterioribus docet praeter superbiam, et avaritiam, esse alia specialia peccata, quae dici debent capitalia, et haec esse illa septem, quae in Chathechismo vulgariter ponuntur.

In 15 q.e ad effectus pecc.i accedit sex per articulos. In 1.o declarat, quomodo pecc.m diminuat bonum naturae. In 2.o asserit totum naturae humanae bonum non posse auferri per pecc.m, in 3.o, infirmitatem, ignorantiam, malitiam, et concupiscentiam convenienter vulnera naturae ex peccato ortum. In 4.o, et 5.o privationem modi, speciei, et ordinis, item mortem, aliosque defectus corporales esse effectus peccati. In 6.o tandem exponit, quomodo praedicti defectus non sint naturales homini.

In 16 q.e, circa maculam pecc.i discurrit duos per articulos. In 1.o docet aliquam maculam peccato causari in anima. In 2.o, hanc ibi remanere post actum pecc.i transactum.

In 17 tractat de reatu poenae per octo articulos; in 1.o statuit reatum poenae esse effectum pecc.i. In 2.o pecc.m per se loquendo non esse poenam pecc.i, sed per accidens aliquando. In 3.o, 4.o et 5.o, notat peccatum, sed aliquo etiam inducere, quantum est de se reatum poenae aeternae, poenam atque infinitam secundum q.m pecc.o non deberi. In 6.o, reatum poenae post pecc.m remanere. In 7.o omnem poenam simpliciter, secundum q.d ratio poenae, semper esse propter aliquam culpam. In 8.o denique explat, quomodo nemo puniatur pro pecc.o alterius.

In 18, comparat inter se pecc.m veniale, et mortale, per sex articulos. In duobus prioribus docet veniale convenienter dividi contra mortale et ambo ex genere differre. In 3.o, et 4.o exponit quomodo veniale d.r disponat ad mortale; item quomodo veniale non possit fieri mortale. In 5.o statuit circumstantiam prisse utrumque, non posse facere de pecc.o veniali mortale. In 6.o quomodo mortale pecc.m possit

Tandem 19 q.e per [illegible] articulos disserit de pecc.o veniali secundum se. In 1.o adstruit pecc.m veniale non causare maculam in anima. In 2.o convenienter designari peccata venialia per lignum, foenum, aut stipulam. In 3.o hominem in statu innocentiae non potuisse peccare venialiter, quamvis [illegible] non potuit omnino veniali q.

q.

q.^d dese esset veniale, anteq. integritas status amitteret, mortaliter peccando. In 4.° Angeli boni aut mali possent peccare venialiter. In 5.° sensualitas etiam in infidelibus [illegible] peccatum mortale. In 6.°, impeccabilem quod peccatum veniale sit in aliquo etiam originali peccato absq. mortali.

His ergo suppositis ad nostrum [illegible] intentum pervenimus. 1.a pars de ijs, quae pertinent ad nostrum peccati secundum se. Disputatio 1.a, an peccatum ex ratione sua sit offensa Dei. cap. 1.um, premissa multiplici acceptione vocis supponit existentiam peccati, pute subtus presentis [illegible].

Prima pars de ijs, quae pertinent ad naturam peccati secundum se.

Disp.o 1.a

An peccatum ex ratione sua sit offensa Dei?

cap. 1.um

Premissa multiplici acceptione vocis, supponit existentiam peccati, pute subtus presentis [illegible].

N. 1. Ne disputationis nostrae ardor ad irritum cadat, opportet certum labor subtus [illegible], q. [illegible] prestabimus evidentia [illegible] huius vocis peccatum significatio, quae [illegible] nec eadem est predicta vocis acceptio. 1.o enim sumitur pro fomite ipso inclinante ad peccandum, quo acceptio reperies apud Apostolum cap. 7.o ad Roman.; dum ait, non ego operor illud, sed q. habitat in me peccatum, id est, fomes peccati, ita explanat Concilio Tridentino Sess. 5.a canone ultimo. Sumitur enim mihi effectus peccati per methonymiam, in q.o sensu etiam diabolus dici solet peccatum, teste Ambrosio in praedicto loco Pauli. Deinde accipit pro aliquo effectu externo ex peccato proveniente, ut Deuteron. 9.o; peccatum vestrum q. feceratis, igne [illegible], id est, vitulus, quem ad adorandum fabricastis. + adorandi

2. Praeterea [illegible] nomine peccatum, quod [illegible] poena ipsi peccato debita significari solet, sicut illud Danielis 4.o, peccata tua eleemosynis redime, hoc est, poenas pro tuis peccatis debitas eleemosinarum pretio quasi compensa. Nec [illegible] sub

sub eo nomine intelligit, hostia sive sacrificium, quod pro peccato offertur placando numi-
ni. Ita D. Augustinus, Lib. 3° contra duas epistolas Pelagianorum explicat
illum locum Oseae 4°, peccata populi comedent Sacerdotes, idest, alent ex
altaribus, quae in hostias pro peccatis a populo offerunt, qua acceptione clarius innote-
scit, ex 2° ad Chorinth. 5°, ubi Apostolus de Christo Domino ait, qui non nove-
rat peccatum, pro nobis peccatum fecit, idest, sed obtulit in sacrificium pro peccatis, ut interpretatur
D. Thom. Sed non nauseam hec dubia loca posse aliter explicari, retentoque adhuc
propria, rigorosaque peccati usurpatione.

3. Sed in nulla ex his acceptionibus peccatum est praesentis tractatus
primariae subiectum. Et enim de causis peccati, de fomite, de poena ipsius ac sacrificio, quo
expiatur in eadem sede agitari, id tamen pro accessorio, quatenus videlicet haec omnia per-
tinent ad plenam explicationem peccati, in sua rigorosa usurpatione. Sumimus quod
strictius in praesenti vocem peccatum, quatenus nimirum significat actum moralem malum, ex eo,
quod fiat contra rectam rationem, aut divinam legem, et cetera, ut infra explicabitur, et
hoc peccatum est praecipuum praesentis tractatus subiectum. Item quod praedictum peccatum, multiplices
in se rationes imbibit, et secundum diversas, vultus, facies, ac latera considera-
ri potest, ideo diversis etiam nominibus signari solet, quodlibet diversitatem eius obti-
speciem praeseferente, quorum explicatio, nec inutilis, nec iniucunda legentibus erit.

Igitur peccatum rigorose acceptum variis his nominibus de-
4. signatur; delictum, crimen, scelus, flagitium, facinus, malum, culpa,
et quodlibet ex his diversum, quasi colorem in peccato detegit. Delictum significat
peccatum, detegendo illius deformitatem, quae relucet in desertione boni, et ho-
nesti, dicitur enim quasi a derelinquendo, et sane, cum in omni omnis peccator
Deum summum bonum derelinquit. Crimen, ut aliqui dicunt, solum graviora peccata
applicatur, unde in solemni, et audacter peccantis praecipue ostenditur, hinc est,
quod non omnes peccatores, sed quosdam insignes sive rapidos, criminosos, sceleratos,
seu flagitiosos appellemus; quare scelus, aut flagitium idem valere debet cum
crimine. Facinus pro parte summum dicitur de eo crimine, quod in gravius proximorum-
num perpetratur, etiam specialiter praeseferens iniuriam, quae in laesione proximi
patet. Hinc latrones, aut homicidas, vulgus facinerosos appellat.
Malum praecisum indicat in peccato stultitiam, quae residet in privatione debitae
bonitatis, et pulchritudinis ingenerere morum; aut etiam respicit nocumentum,
quod sibi peccator infert. Denique culpa significat actum peccaminosum, quatenus
imputatur

imputat agenti, et hec imputabilitas est, quae primario subeconomice tangit.

5. Restat quod praedicti subiectos statuere, quod possumus supponendum, quod summe abhorrendum est, plurima enim in peccato inter homines reperiri quae pro de malo nostro experimur, cum ipse iustus septies cadat in die, aliis frequentius nil clamarit voce clamant Sancta Ecclesia ac Sancti Patres, quod summa Divinae Incarnationis mysterii quod Ecclesiae sacramenta in peccati remedium evissa. Itaque viro Chatholico nefas hac dere dubitare, quae etiam apud Barbaras gentes non oto delituit. Siquidem solo lumine rationis ducti homines sacrificia instituerunt, ut sua peccata expiarent, apud sua, licet falsa numina, nihilominus non defuerunt heretici, ut testatur Bellarminus lib. 2o de amiss. gratiae cap. 16, qui nimium placite hanc veritatem narrarunt, licet ineo maxime peccantes, quod nullius peccati admiserunt, sed de hoc de ratione scilicet randum.

cap. 2um

Quid sit ratio offensae in communi?

6. In multis offendimus omnes, et offendimus, non tamen apud omnes liquet, in quo demum sita sit offensae ratio. Nullo dico distare hanc separatim ac distincte a disputationibus abstrari, sed obiter, atque mixtim de ea agunt de ratione offensae contra Deum, quae delicti in peccato. Ex iis autem, qui specialiter docent, colligere possumus, quid de ratione offensae in communi sentiant? Doctoribus

7. Pater Suarez de incarnatione, tota disputatione 4a supponit peccati subire rationem offensae Divinae, sub ea gratitate, sub qua est laesio Divini honoris. Circa 1am 2ae disputatione 11 Nexilevelo, Logomdo vero, et P. Vasquez ibidem disputatione 76. cap. 2o, num. 6o, et disputatione 100 cap. 6o, num. 16, et 17, rationem offensae reperiunt in ipsamet inobedientia peccati, licet Vasquez addat, etiam reperiri in disconvenientia ad normam rationis, imo, et ingratitudine predictam rationem reperit, ita de gnitatis, q. 82, articulo 4o dubio unico, num. 8. Pater Tannerus disputatione 4a de peccatis, puncto 1o, dubio 2o, num. 44, et P. Lugo de incarnatione disputatione 5a, sect. 5a num. 70, et 99, duplicem offensam dispunt, aliam malitiae, aliam gratiae, illam dicunt consistere in ipsa malitia formali, seu dissonantia ad normam rationis, gratiae vero consistere, quod peccator advertit illud suum peccatum Deo displicere.

8. Ex harum Doctorum doctrina, non recte possumus colligi, quid sentiant circa rationem offensae in communi, nam licet laesio Divini honoris, aut inobedientia, aut dissonantia ad normam rationis, seu ingratitudo, sit quaedam specialis offensa, non tamen inde infertur

Insuper, q. offa debeat 𝔡sistere in spretione honoris, I. in inobedientia, I. in dissimulatione aut in ingratitudine. Et ex dicta priori, q. Licet specialis ratio offensae debeat dicere ro[...] offensae, n. tamen ratio offensae debet dicere istos spe[...] speciales, sicut I. ratio. ratio habitus dicat inseparabiliter complementis, [...] complementis consistentis [...] habitus.

9 rogat Pressius loquitur P. Gaspar Hurtado de peccatis disp. 1a difficultate 7a, ubi videtur astruere rationem offensae consistere in eo, q. quis se efficiat aliquo alteri displicens, et consequenter eius rationabilis voluntas, quae opinio aliis etiam ex recentioribus placere video. Sed contra, ratio offensae n. importat aliquem actum intus aut voluntatis in persona quae offendit, quia potest consistere in eo, q. aliquis fiat rationabiliter ipsius voluntati, aut ipsi displicens. Ans. probatur, q. potest aliquis offendi omnino ignorans istum actum, quo offendit, si enim Dux aliquis a suo naturali Rege deficeret, utique illum offenderet, quamvis Rex eius defectionem ignoraret, et tunc autem neque illi displiceret defectio Ducis, quem nondum agnovit, ergo etc. Ad hoc respondetur tale n. displicere actualiter Regi eius defectionem, quam ignorat, at vero eam ex se talem esse, ut cognita a Rege statim displiceret, et hoc sufficere, ut induat rationem actualis offensae, contra Regem, nec enim [...] consistit in eo, q. actus sit alteri actualiter obiectum displicens, sed in eo, q. ex se talis sit, ut cognitus displiceat.

10 Praeterea contra est efficacius, n. quod q. est mihi obiectum rationabiliter displicens statim est offensa contra me, quia ratio offensae n. potest adaequate consistere in eo, q. alteri praebeat obiectum rationabiliter displicens. Probatur: rationabiliter mihi displicebit parricidium etiam apud ignotas gentes patratum, et q. ex nullo satis ad me pertinet, et tamen ille parricida n. me offendet, nec tenebitur mihi satisfactionem offerre; ergo etc. Ratio est, quia sicut bonorum ipsa operis est sufficiens motivum ad obiectum rationabiliter complacendum, ita ipsa turpitudo, ac inhonestas, quamvis ad me n. pertineat, sufficiens motivum est, ut mihi displiceat, ac proinde possit rationabiliter displicere in genere mali, per quod minime offendor.

11. P. Oviedo tract. 6o de peccatis controversia 2a puncto 7o propter hoc argumentum addit n. sufficere ad rationem offensae, q. aliquod opus sit obiectum displicentiae, sed ulterius requiri, q. de ipso possit offensus iuste conqueri, et in duabus his rationibus simul consistit adaequatam rationem offensae. Sed impugnatur 1o, potest persistere tota offensae ratio, quamvis n. concurrant illa duo simul, quod probatur, potest quis vehementer desiderare, q. alter homo sibi inimicus aliquam sibi iniuriam publice irroget, eo videlicet animo, ut maiorem vindictam de illo sumeret apud Iudices; quis neget hunc offendendum fore publica iniuria illata, sed hunc I. possetiuste conqueri
de

de inimico hac iniuria, et tamen ipsi displiceret; cum potius ardenter desideraret et
ac in ea gauderet propter mala illius [illegible]; ergo quod [illegible] non currant sub eadem ab
Oviedo exquisita, potest persistere ratio offensae.

12 Impugnatur 2° [illegible] explicatio acceptionis offensae, quae pote-
rius, et consequenter actionem reorum offensae. Probo; ideo potest offensus iuste conqueri de
offensa ut tali; sed nequit conqueri de potentia ad iustam querelam, aut de iustitia querelae;
ergo offensa non dicit in suo conceptu illam potentiam, aut iustitiam; sed adeo praesupponit, et
quidem si rogaremus offensum: cur conqueratur de alapa sibi inflicta, non reddit se
conqueri quia iuste conqueri potest, id enim satis frivolum esset. Sed quia alapa aliquo
modo est contra ipsum, et contra ius, quod habet, ne sibi infligatur. Itaque minime nego
ex quacumque offensa resultare in offenso potentiam ad iustam querelam de offensore,
sed assero id esse quid posterius, et consequenter ad rationem reorum offensae in adaequate constitutam
in suo esse.

13. Quare itaque existimo rationem offensae formaliter consistere in eo quod aliquid
fiat contra alterum, sive contra ius quod alter habet, ne id fiat contra ipsum: non quidem contra ius
strictum iustitiae: id enim non requiritur, sed contra ius late acceptum. Sic Christus of-
fendi potest ab amico [illegible], quod egenti sibi non commodavit pecunias, cum alias quod iusto
in commodo pareret, et quidem quia amicus non commodando lesisset aliquod stricti ius iustitiae;
id enim minime habebatur, ut amicus sibi commodaret pecunias, sed quia contra leges, et iura amicitiae, cum amicorum omnia debeant esse communia. Probo 2°; quod nemo offen-
ditur nisi ex iis quae aliquo modo ad ipsum pertinent, et aliquo iure sunt contra ipsum. Et
inde non offenditur, quia operatio inter prava sit, alioquin omnes offenderemur quacumque
operatione prava alterius, quod esset [illegible] subtilitas: offenditur ergo, quatenus operatio
aliquomodo est contra ipsum; ergo catenus aliquid est offensa, quatenus est contra aliquod ius personae
quae dicitur offendi; ergo in laesione praedicti iuris consistit formaliter ratio offensae.

14. Dices; si quis filius Patri occideret inculpabiliter tamen non Patri
advertens, id esset contra ius Patris, et tamen Patrem offenderet illo homicidio, sed
aliquid severa efficeret contra ius Patris; ergo non consistit ratio offensae praecise in laesione iuris,
sed etiam in praedicta advertentia offendentis. Respondetur 1°, in eo casu occisorum nihil
efficere contra ius Patris, quod Pater non habet ius, ne prius filius occidatur, a quocumque
etiam inculpabiliter non advertente; ideo est contra ipsius ius, sed ne occidatur ab altero
advertente; unde in ipsa laesione iuris involvitur illa advertentia offendentis, ac
proinde non esse necesse illam explicare, quasi esset aliquid extra laesionem iuris alterius.

15. Sed clarius est 2°, quod in praedicto casu occisor maliciose offenderet Patrem occisi, et maliciose etiam efficeret contra ius paternum; unde sicut occisio fuisset solum malitiae, ita etiam offensa esset solum malitiae, quod potius manifeste probat in sola le-
Tos† sione iuris, quod offensum habet consistere totum hoc offensae. Advertendum tamen est, praeter

doctrinam communem explicatam aliquas actiones esse, quae ut sint offensivae etiam maliciose dependent ab aliqua ratione, aut advertentia operantis; alias vero, quae a tali conditione non dependent. Exempli gratia, si subditus non exhiberet Regi debitum honorem, quia ignorabat inculpabiliter illum esse suum Regem, minime offenderet, neque maliciose Regem honorem denegando; at vero, si idipsum ignorans, Regem gladio percuteret, saltem maliciose illum offenderet. Ratio est, quoniam Rex habet ius, ut ipsi tribuatur Regius honor, nisi a subdito cognoscente illum esse Regem; ac propterea prius denegatio Regii honoris, non est, neque maliciose offensiva, nisi committatur cognitione dignitatis Regiae; habet tamen absolute ius ne gladio percutiatur, etiam ab ignorante, unde ipsa percussio, erit saltem maliciose offensa Regis.

16. Hinc infertur, quod si aliquis invincibiliter ignorans furtum esse peccatum, illud committeret, Deum neque maliciose offenderet; secus vero si sciret esse peccatum, quamvis invincibiliter ignoraret id esse contra Deum, tunc enim saltem maliciose Deum offenderet. Ratio in promptu est ex dictis; nam in 1° eventu homo ille nihil efficeret contra ius Divinum, neque maliciose; furtum enim non est contra ius Divinum, quatenus est praecise illa actio externa accipiendi rem alienam invito Domino, sed quatenus est actio peccaminosa et moraliter mala, non est autem moraliter mala respectu illius invincibiliter ignorantis eam esse malam; ac proinde illa actio non est secundum se offensiva Dei, quod vero furtum committatur a cognoscente id esse peccatum, Deus saltem maliciose offenditur, quod tunc efficit aliquid eo modo, quo est contra ius Divinum, licet quia peccator non advertit invincibiliter id esse contra Deum, ideo non erit offensa formalis.

17. Ad finem adverte discrimen inter offensam et iniuriam strictam, quod non aliqui perperam confundunt, et notavit P. Lugo disp. 2° de poenitentia sect. 4°, quod offensa, et stricta iniuria, seu iniustitia comparantur inter se, sicut res superior et inferior; omnis iniuria stricta dicitur offensa, non tamen omnis offensa dicitur stricta iniuria. Ratio est, nam offensa solum dicit, quod actio sit aliquo modo contra ius alterius, sive sit in materia iustitiae, sive charitatis, sive in quacumque alia materia diversa, cum possit amicus ab amico offendi, etiam ex iis actionibus, per quas nullam iniustitiam patitur,
et

et que nullam inducunt obligationem restituendi, at vero stricta iniustitia, sive iniustitia, dicit de ratione, quod actio per quam fit iniustitia sit contra ius alterius in materia iustitiae, ac proinde inducens obligationem restituendi.

Cap. 3um

In omni peccato reperiri rationem offensae contra Deum?

18\. Hanc veritatem tamquam indubitatam supponunt communiter Theologi, immo P. Oviedo citatus, tamquam ex fide certam, de quo in praesenti non disputatur. Sed ea ita facile probatur, ut omittam aliorum rationes parum efficaces. In quovis peccato, sive mortali, sive veniali, reperitur, quod sit contra Deum, et aliquo modo contra ius divinum, quod Deus habet, ne tale peccatum fiat a creaturis; ergo in quolibet peccato, sive mortali, sive veniali, reperitur ratio offensae contra Deum. Consequentia patet ex nuper dictis capite 2o, id enim totum ratio offensae adaequate consistit in eo, quod aliquid fiat contra alterum, sive contra ius, quod alter habet, ne id fiat, tota quae difficultas devolvitur ad antecedens.

19\. Quod aliqui, nec ignobiles Theologi probant ex eo quod peccatum sit ex se destructivum Dei; quomodo autem non erit contra Deum id, quod est destructivum ipsius. Sed quidem non satis capio, quare peccatum sit destructivum Dei; in primis ~~minus~~ non potest peccatum destruere Deum re ipsa, et quoad effectum, afferendo illi aliquod nocumentum, ratione cuius pereat + ipse Deus, ut est plurimum evidens; deinde nec potest dici esse destructivum Dei quoad affectum, quatenus peccans eo ipso, quod peccat, desiderat Deum non esse, id enim ad summum reperitur in formali odio Dei, non vero in reliquis peccatis, quae fiunt ex mera fragilitate, aut passione peccantis; ergo non ex eo, peccatum est contra Deum, quia est destructivum ipsius.

pereat +

20\. Explanant alii hanc opinionem asserentes peccatum tale esse, ut si Deus esset capax tristitiae, illam in Deo causaret, et quidem et summam, et infinitam; cum quae libera affectio infinitam debeat esse summa, ac infinita, huiusmodi autem tristitia a Deo adimeret summam beatitudinem, et illum destrueret, unde peccatum ita esse esset destructivum Dei. Sed nimium friget cogitatio ista, quae solum pie inventa est, ad generandum horrorem de peccato, quam tantum utilis sit ad usum Scholasticum; ita sed adeo, nam etiam in ista hypothesi, quod Deus esset capax tristitiae, peccatum veniale non causaret in Deo summam tristitiam, implicat enim quod sit leve id, quo Deus summe contristaretur; ergo vel nullum est peccatum veniale, vel non omne peccatum est ex se destructivum Dei. Modo

ab his

ab his Doctoribus explicato. Praeterea data illa hypothesi, quod Deus esset capax tristitiae, ita ut esset Deus simpliciter ens adeo imperfectum, ut esset tristitiae capax; ergo tunc peccatum non destrueret Deum, nec in Deo tristitiam causaret, sed in alio ente imperfecto, et quod a Deo longe distaret; ergo nec ea ratione esset destructivum Dei virtualiter.

21. P. Granado controversia 6 de peccatis, tractatu 5, disputatione 2, ait, peccatorem dum peccat, constituere suum ultimum finem in creatura, cum autem haec ratio ultimi finis sit propria Dei, peccator illam a Deo auferens, et tribuens creaturae, dicitur Deum destruere, quantum est ex se. Sed contra est, nam dum aliquis peccat, nec credit nec vult creaturam esse suum ultimum finem, ad cuius [illegible] creatum est, ut patet experientia; ergo ipse peccator non constituit suum ultimum finem in creatura. Dices, voluntatem peccantis ultimo sistit in objecto creato, nempe fruito, quin illud referat ad Deum, neque actualiter, neque habitualiter; ergo constituit ultimum finem in tali objecto. Sed ad, si homo constituere ultimum finem in creatura, est ita venialiter peccare, id ipsum praestat, quin propterea dicatur velle destruere Deum; ergo etc.

22. Aliter ergo probandum est [illegible], nempe in quolibet peccato reperiri, quod sit contra Deum, et aliquo modo contra ius divinum, quo Deus habet ut ne tale peccatum fiat a creatis. Est autem in hunc modum; nam Deus pluribus titulis potest exigere, et revera exigit a creatis, ne pravas operationes eliciant, est enim Pater, ac Creator illarum, supremus Iudex, ac Legislator, summus benefactor, et gubernator universalis; ergo creatura pravas operationes eliciens aliquo modo agit contra Deum, et aliquo modo laedit iura debitae subiectionis, ac servitutis, item [illegible] pietatis, et gratitudinis, quae debet illi ipsa retinere in omnibus suis operationibus; ergo in quolibet peccato reperitur, quod sit contra Deum, et aliquo modo contra ius, quo habet ne tale peccatum fiat. Confirmatur; quia libera malitia moralis, quae relucet in peccato, revera Deo rationabiliter displicet, sed Deus ratione titulorum, quos nuper retulimus, habet ius ne creatura efficiat aliquid ipsi rationabiliter displicens; ergo creatura in qualibet malitia morali quam admittit, revera agit aliquo modo contra ius divinum.

23. Hinc notabile discrimen inter displicentiam, quam Deus, ego habeo de emendatione Petri nullo titulo mihi devincto, et displicentiam, quam [illegible] habet de eadem emendatione, mea displicentia non subit rationem iniuriae contra me, quod Petrus nullo titulo mihi adstringitur, ut curet mihi non displicere, at vero displicentia divina subit rationem iniuriae passive contra Deum, quod Petrus pluribus titulis Deo adstringitur, ne ipsi

ipsi displicentiam procuret, unde per dictum mendacium, licet mihi probabiliter
displiceat, non me offendit, offendit autem Deum, eo ipso quod displiceat, ac
proinde tenetur prius vitare mendacium, non solum ne agat aliquid in se malum mora-
liter, sed etiam ne aliquid agat contra Deum cuius displicentiam sub titulis ad scrupulositatem.

24. Hinc infferes 1°. quod quaelibet ratio malitiae moralis
reluceus in peccato habet sibi adiunctam rationem offensae contra Deum, ut ale patet ex dictis;
nam quaelibet ratio malitiae moralis Deo probabiliter displicet, quod ex relatis titulis
Deus habeat, ne creatura praebeat ipsi causam probabilis displicentiae in suis actibus
creatura per quamlibet malitiam moralem repertam in peccato Deum offendit.

25. Infferes 2°. in peccato distingui saltem ratione nostra duplicem
malitiam moralem, et duplicem offensam contra Deum; probo: duplex offensa praecise dicit quod
peccatum sit contra Deum, at vero duplex malitia moralis solum dicit quod sit contra rationem
aut contra legem; quod Dices; implicat quod aliquid sit contra rationem aut legem, et non sit contra Deum,
ita implicat quod sit contra Deum, et non sit contra rationem aut legem; ergo illi duo duplices sunt
duo formaliter; non dico, quia licet sint illi duplices inseparabiles a parte rei, adhuc
possum ego decipere peccatum esse contra Deum, quin formaliter decipiam contra rationem, aut legem, et e contra;
quod sufficit ut distinguantur formaliter illi duplices, nam si Deus non haberet ius exigendi a
creatura ne mendacium committeret, mendacium non esset offensa Dei, quod tamen esset contra
rectam rationem, sicut non est offensa Principis alienis licere, similiter si Deus haberet praedictum
ius, offenderet mendacio, quod vix supponeret non esse contra rectam rationem, sicut frustrando
offendit ab amico non commodante sibi pecunias, quamvis ea denegatio non sit contra
rectam rationem, eo quod prohibeatur ut malum.

26. Infferes 3°. et si peccatum fere semper adiunctam sibi habeat
rationem offensae formalis contra Deum, id tamen non esse metaphysice necessarium; quod si aliquis invincibiliter
ignoraret Deum, ut saltem per breve aliquod tempus, potest scandalum aliquorum, licet in-
vincibiliter non adverteret mendacium esse contra Deum, tunc peccaret mentiendo
contra dictamen rationis, non tamen Deum formaliter offenderet, sed tantum materialiter. Patet:
nam offensam formalem appellamus illam, quae fit cum expresso animo offendendi, aut saltem
cum advertentia, qua offensor cognoscat, se aliquid efficere contra ius alterius, sed
haec non semper concurrunt in peccato, ergo potest dari peccatum quod non sit formalis offensa contra Deum.

Cap. 4um.

Objectiones contra doctrinam capitis praecedentis.

27. Obijices 1°. malum non opponitur summo bono, ergo

peccatum

peccatum, quod est malum, non opponitur Deo, qui est summum bonum, ergo peccatum non est offensa Dei. Ans. desumptum est ex D. Thoma 1. p. q. 49. art. 3 ad 2um.
Sed Angelicus Doctor ibi loqui de oppositione reali, quae datur inter res, in quarum una posita debet altera destrui, non vero de oppositione morali, quae requiritur ad rationem offensae. Hanc autem oppositionem dari inter Deum et peccatum, ipsemet expresse inculcat; vide in eadem 1a pte q. 48. art. 6o in corpore, unde nandum est illud argum., quatenus aliquid inficeret contra nos.
28. Obiies 2o, peccatum non est contra voluntatem Dei efficacem et absolutam, sed tantum contra voluntatem conditionatam, qua Deus quatenus est ex se nollet peccata committi, sed eo ipso, quod aliquid sit contra conditionatam voluntatem alterius, nequit esse stricta illius offensa, ergo peccatum nequit esse stricta offensa contra Deum. Maior, in nostris non potest, alioqui voluntas efficax et absoluta Dei per peccatum frustraretur, quod plane implicat. Minor vero probatur, quia nemo offendit ex iis, quae non fiunt contra ipsius absolutam voluntatem, nec potest intelligi quomodo sit contra eum id, quod non est contra eius voluntatem.
29. Confirmabis, nam quamvis peccatum revera Deo displiceat, adhuc tamen Deus efficaciter vult, relinquere nostram voluntatem liberam ad ius circa peccatum, et non peccatum, ut se possit circa suite affici primo, ... ergo nulla offensa contra Deum, si circa suum libertatem exerceat circa peccatum. Dicet confirmatio; non implat contra, quod Deus efficaciter velit relinquere voluntatem nostram in usu libertatis suae circa peccatum, et non peccatum, et quod scelerat Dei offensa, quod voluntas suum libertatem exerceat circa peccatum, quis enim offendit eo, quod efficaciter vult.
30. Confirmabis ulterius, etiam specialiter de illo peccato, quo directe committitur contra Deum, nempe de odio Dei, blasphemia contra ipsum, idolatria et similibus, nam id, quod fit ex libera et spontanea permissione alicuius personae, nequit esse vera illius offensa, sed peccata etiam fiunt ex libera et spontanea permissione Dei, ergo nequit esse vera illius offensa. Minor constat ex fide. Maior probatur exemplo illorum scurrae, qui apud aulas Principum degunt, vulgo bufoney, et dicteria iactent in principem, illum non offendunt, quia id faciunt ex libera et spontanea permissione principis, ergo quoties actio, quae ex se iniuriosa est, fit ex libera et spontanea permissione personae, in quam dirigit, non potest esse vera offensa talis personae, ergo si peccata fiunt ex libera permissione Dei, nequeunt esse vera illius offensa. Dicet, implicat irrogari veram offensam alicui personae, et a tali persona illam non patiatur, sunt enim
hec

hec Correlativa nacla s.ᶜ qui libere, ac sponte permittit aliquam actionem illam n. pati igo. Deum quo per peccatum creatura nil nocumenti reipsa Deo infferre; quo ssanequam est reipsa, et quoad effectum vero offensa Dei, s.ᶜ ad summum offensa affectata, et intentata contra Deum.

31\. Hisce ibus movebatur quidam recentior Magister, ut 3.ᵒ locum exclusio sum peccatum dene paret rationem stricte offensae 3.ᵒ Dei, quos hic oportet diluere, ne alios in idem precipitium involvant. Redigitur itaque maiori, nando minorem, cum non est necesse, quod actio per quam est stricte offensa sit 3.ᵒ absolutam, et efficacem voluntatem personae offensae, in quam dirigitur, ut patet manifeste in creatis, quo possum ego permittere, quod inimicus arundine me percutiat, ~~esset~~ quod esset in mea potestate illum interficere, et hac ratione vitare iniuriam quam sane neget me offensum fore illa percussione ignominiosa, ex eo quod adeo vitandam iniuriam non intendam occidere, s.ᶜ in eo casu percussio non fieret 3.ᵒ meam voluntatem absolutam, et efficacem ut patet, non sit tamen voluntas habenda, pro re sui impedimentis percussionis, quacumque alia esset in mea potestate, quo l. t. peccatum non sit 3.ᵒ absolutam, et efficacem voluntatem Dei, adhuc poterit esse vera stricte offensa, et hinc patet solutio ad probationem minoris.

32\. Ad secundam probationem Decessoris, non obstat, ad huius probationem ratione Deum non velle efficaciter, quod creatura de facto ponat peccatum, neque velle, quod de facto se suspendat a peccato, ut evidens est, s.ᶜ efficaciter vult non facere liberum creaturae, sive illam non cogere ad hanc, aut illam partem de facto, quod est longe diversum, unde Deum non vult efficaciter peccatum creaturae, ac proinde, quando illa peccat Deum offendit, quo l. t. non fiat 3.ᵒ voluntatem absolutam Dei, facit tamen 3.ᵒ ipsius voluntatem, qua si ostendam, qua Deum vellet non committi peccatum, et reipsa illud prohibet minis, ac suppliciis, l. t. non vellet absolute impedire, quia non vult creaturae libertatem lipare.

33\. Ad 3.ᵃᵐ probationem facile patet ex dictis, nando esse absolute maiorem, s.ᶜ clarioris doctrinae gratia, pono hunc modum discurri, id quod fit ex libera, et spontanea permissione tum physica, tum morali alicuius personae, nequit esse vera illius offensa de te maiorem, quod fit ex libera, et spontanea permissione solum physica, non maiorem. Itaque duplicem posse se habere permissio quam aliquos actus de se iniuriosos. 1.ᵒ ita ut illum permittens ex corpso cedat iure, quod habet ne talis actio fiat 3.ᵒ ipsum, ac inde det facultatem, ut talis actio, et contra ipsius querelam fiat, huiusmodi permissio, quod talis tollit rationem offensae a tali actione, quia tollit id, in quo fundabat, quod talis actio esset offensiva, et hanc appello

permissio

Moral

permissionem moralem, de qua parte intelligitur illud axioma Juris, Scienti et consentienti nulla fit iniuria. 2°, ita ut actorem permittens, non cedat suo iure, sed adhuc maneat cum potestate querendi de tali actione, ac exigendi satisfactionem pro illa, licet absolute noluit eorum actionem impedire propter aliquam rationem, ut patet in exemplo superius allato, et hanc appello permissionem duntaxat physicam, quae minime tollit rationem offensae, quia non destruit ius, in quo ipsa fundabatur.

34\. Deus igitur solum physice permittit peccatum, quatenus absolute non vult suspendere suum saltem concursum ad peccatum, nec evertere libertatem creaturae ad peccatum, cum quo tamen stat optime, quod non permittat moraliter peccatum, quia non praebet facultatem illud impune, ac citra culpam ponendi, imo potius gravissime prohibet, et de isto licite conqueritur, ac proinde non destruit rationem offensae. Longe alia est ratio de scurrilis in fratres allatis, quibus propterea non offendunt principem, sive de licet eis, quia princeps ea etiam moraliter permittit, imo in eis delectationem animi vult scurrarum lepiditate. Quis igitur horum lepores, in quibus tantopere gaudet Princeps, dicere cum peccatorum sceleribus, quae vehementer Deo displicent.

35\. Ad reliqua, quae in contrarium adducunt, dico 1°, Deum non permittere moraliter actus peccaminosos, quibus offenditur, sed tantum physice, ut dictum est supra, ac proinde. Licet hoc modo permittat, patitur eiusdem actus ea ratione, quae requiritur ad veram offensam, sicut martyres patiuntur tormenta sibi a Thirannis illata, licet saepius libere illa permittant, cum possent absolute vitare fugiendo. Dico 2°, non est necessarium ad veram offensam, quod Deus ex ipsa nocumentum aliquod accipiat et experiatur, sed sufficere, quod haec fiant contra ius divinum, quod Deus habeat, ne creaturae ipsi displiceant.

Disp.° 2.a

An peccatum ex ratione sua sit contra legem

cap. 1.um

Nullis praemissis statuit, de facto omne peccatum esse contra legem.

N.° 1. Opportet imprimis explanare varias legum divisiones

ne confusionem pariat doctrina; 1.° dividitur Lex in Divinam, et humanam; et utraque subdividitur in naturalem, et positivam. Divina dicitur, quam Deus fert; humana vero, quam ab homine. Lex naturalis humana vocatur illa, quæ ante omnem revelationem Dei et ante omnem rationem supernaturalem, sola ductu rationis præcipit aliquid faciendum, aut vitandum, et hæc Lex ipsa natura rationali indistincta est. Lex naturalis Divina dicitur idem dictamen rationis, quod tendit circa materias, quæ pendent ab aliqua veritate supernaturali revelata, aut ab alicuius mysterii supernaturalis cognitione, quam solis naturæ viribus non assequimur, exempli gratia, cognita Sacramentorum institutione, ductu ipsius rationis præscribit talia Sacramenta digne, ac reverenter tractanda; quæ præscriptio ideo dicitur naturalis, quia secluso quocumque præcepto positivo consurgit in nobis talis obligatio, et ideo vocatur Divina, quia non nascitur ex natura rationali secundum se attenta præcise, sed quatenus subest alicui veritati supernaturali, quæ ratione lumine consequi non potest. Lex positiva, tam humana, quam Divina dicitur illa, quæ importat positivum actum Legislatoris declarantis voluntatem suam obligandi ad aliquid, sive ea obligatio antea persisteret, sive denuo consurgat per ipsum actum; et hæc, ex loquendi usu, est, quæ vocatur a Jure, et simpliciter Lex.

2. Alia a pluribus Doctoribus tradita video divisionem Legis, in Legem imperantem, seu prohibentem, ac in Legem iudicantem, seu indicantem. Lex imperans, dicitur illa positiva, quam nuper diximus, ex communi usu vocari a Jure et simpliciter Legem; explananda autem natura Legis iudicantis. P. Granado 1.° v.° de peccatis, tractatu 1.° disp. 3.° num. 5.° asserit Legem iudicantem, seu indicantem esse actum rationis internum, seu dictamen, quo iudicamus aliquid esse licitum, aut illicitum. Albarez autem cum aliis 1.° 2.° q. 7. articulo 7.° disp. 130 num.° 4.°, docet esse actum intellectus Divini, quo Deus cognoscit aliquod debitum fieri, aut non fieri debere, et huiusmodi actum etiam appellant Legem æternam Dei; quem nullus dicit actum voluntatis volentis obligare. Utriusque Doctrinæ sententiæ refertur Gregorius in 2.° distinctione 34, q. unica articulo 2.°, Cordario etc., et credo Gregorium utrique favere, nam ut bene notavit Oviedo de actibus humanis, tract. 4.° controversia 1.° versu 4.° puncto 1.° hic existimavit idem esse agere contra rectam rationem creatam, ac contra rectam rationem Divinam, quia omnis rectæ rationis ab increata oritur, nec potest duplex recta ratio de eodem obiecto, sub eisdem circumstantiis oppositum iudicare, unde eo ipso, quod iudicat ratio humana, si recta sit, deberet etiam iudicare ratio Divina, ac proinde eadem dicetur Lex iudicans, sive explicetur per actum rectum intellectus creati

Sive

sive per rectam rationem Divinam —.

3\. P. Basquez 1ª 2ª disp. 97, cap. 1°, ex quo sext hanc explanat legis iudicantis, seu indicantis, ait enim: si solum iudicium iudicantis lex diceretur, aut prohibitio, quicunque legi inferiori, eo ipso, quod iudicaret aliquid non esse licitum, diceret id sibi, ac aliis prohiberi, ergo legem poni differre praeter in tali iudicio. Sed huic rationi faveret P. Obiedo citatus, asserit, nullum inferiorem posse solo suo iudicio aliquid prohibere, quod nullius creae iudicium est lex regula; cui se debeat conformare iudicium alterius, sicut est iudicium Divinum, et licet homo teneatur propria suo iudicio se conformare, non ideo sibi legem imponit per proprium iudicium, quia illi iudicio Dei hoc se debet conformare, quod est lex regula iudicans, quod sit faciendum, aut vitandum, et cuius est participatio in eius dictamen.

4\. Non multum curandum, an ea usurpatio legis propria, vel impropria sit; certum est eam frequenter apud Doctores scholasticos, et Sanctos Patres reperiri, ac proinde iure debemus illam hic explanare, nec video, quod ex hoc ferat P. Basquez, cum et ipsi Doctores, qui praedictam divisionem legis admittunt, libenter fateantur praedictum iudicium Dei, aut rationis, non esse proprie, et absolute legem; sed solum hoc addito iudicantis, seu indicantis, et in hoc sensu non multum ego dubitarem concedere, quod possit appellari lex indicans quodlibet iudicium rectum, etiam inferioris, quo iudicaret aliquid faciendum vitandumve.

5\. His praemissis, assero de facto peccatum omne esse contra legem aeternam, humanam. Haec conclusio per partes explananda, ac probanda est, et imprimis, quod sit contra legem aeternam humanam, patet, quia ante revelationem Dei, et ante rationem supernaturalem, ductum ipse ne ratio naturalis dictat, nullum peccatum esse perpetrandum, cum omne peccatum sit deffusum a recta ratione, ergo quicunque peccat, eo ipso agit contra legem naturalem humanam.

6\. Dices: qui comedit carnes die Veneris, vel non audit Sacrum in die festo, peccat, sed hic non agit contra legem naturalem humanam, ergo non omne peccatum est contra legem naturalem humanam. Minor probatur, quia esus carnis die Veneris, et omissio Sacri in die festo non est ex se aliquid moraliter malum, sed solum propter ecclesiae praeceptum positivum, ergo etc. Nec dupliciter posse considerari esum carnis, aut omissionem Sacri. Primo ut sic. 2° prout sunt actiones prohibitae per ecclesiae positivum praeceptum. 1°

modo

1° modo n. sunt contra legem nat. hum., quia talis lex n. dictat eas actiones ee fugiendas absolute, et vere n. dictabat ante praeceptum. 2° modo sunt etiam actiones contra legem nat. hum., quia naturalis ratio generaliter dictat, nullas res, quas legitime prohibeat esse faciendas: sub quo generali dictamine comprehendunt praedicti actus, eo ipso quod aliquo positivo praecepto prohibeantur. Cum ergo ita humanam sine peccato ini supposito praecepto, inde est, quod quaecunque sunt peccata, habeant opposit. cum lege nat. humana. Sic dum aliqui auctores distinguunt peccata in ea, quae sunt contra legem nat., et illa, quae sunt contra leges positivas, id intelligere debes de actionibus ipsis secundum se, n. vero de illis formaliter, ut sunt peccata. Hoc enim 2° modo semper prohibent a lege natali, ut explatum est.

7\. Eodem fere tenore probandum est omne peccatum esse contra legem indicantis, aut iudicantis, sive haec dictat in iudicio rationis intus, sive potius in ratione Divina, utrumque enim iudicium, cum rectum sit, debet indicare quodlibet peccatum esse illicitum, ac propterea fugiendum, unde quodlibet peccatum ratio erit difforme a tali duplici iudicio. Et ex his rationibus infertur, non omnia peccata esse contra legem naturalem Divinam, quia plura sunt, quae n. pendent ab aliqua revelatione, aut institutione alicuius mysterij supernaturalis, circa quae solum peccata tendit Lex naturalis Divina, ut initio capitis explicuimus.

8\. Superest utrumque tertium probemus de lege positiva, quae absolute et simpliciter appellatur Lex, et quidem suppono non omnia peccata esse contra legem positivam humanam, neque enim datur specialis Lex humana circa quodlibet speciale peccatum, neque est Lex aliqua generalis, quae omnia comprehendat, cum saltem occulta, et interna peccata n. cadant sub potestate Legis humanae positivae. Loquendo ergo de Lege positiva Divina, videtur ratio contra colo certa, ex Divi Pauli testimonio ad Romanos 4°, ubi non est Lex, nec praevaricatio, et ex Psalmo 118; Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae. Ubi Regius Psaltes omnes peccatores existimat praevaricatores, idest, transgressores Legis. Praevaricatio enim id est, atque transgressio Legis; ergo omne peccatum de facto est contra legem positivam, saltem Divinam.

9\. Accedit ratio manifesta, neque de facto nullum est malum morale, quod non sit prohibitum Lege positiva Dei; ergo de facto omne peccatum est contra Legem positivam Dei. Antecedens autem suadetur ex Scriptura Sacra, ubi passim praecipitur hominibus, ut omnia peccata ab ipsis caveant, quae contra rationem debet habere locum etiam in ijs actibus, qui immediate, et directe n. sunt prohibiti Lege positiva Dei; ut in esu carnium die Veneris, in quo Lex positiva Dei praecipit obedire superioribus in rebus licitis, et honestis. Unde licet illa Lex n. intendat de materia de esu carnium, tamen sub conditione, quod illud prohibeat a superiore

ij

in eo ipso talis lex positiva Dei eundem esum carnis prohibet. Imo propter eandem rationem idem esus carnis prohibetur quacumque alia lege prohibente omne malum morale, quia licet illa actio secundum se attenta non sit contra rationem moraliter contra legem nihilominus malum morale eo ipso quod a legitimo superiore prohibeatur. Ad finem advertere praeterea debes ita esse intelligendum, ut liber peccati saltem malitia sit de facto contra legem temporalem, quatenus de facto datur lex, quae prohibeat omne peccatum. An vero ad rationem peccati contra legem requiratur, quod aliquando fiat formaliter contra legem advertendo id esse lege prohibitum constabit ex infra dicendis.

Cap. 2.

Non est de ratione peccati esse contra legem.

10. Licet omne peccatum de facto sit contra legem, ut explicatum manet, non inde infertur id esse de ipsius ratione, ita ut nequeat peccatum consistere absque oppositione cum lege, quare propter superest disputandum an haec oppositio peccati cum lege sit pars seu requisita ad peccatum. Sit 1. dico non est de ratione peccati esse contra legem positivam Dei, pro hac sententia extat expresse P. Oviedo de actibus humanis contr. 4. puncto 2. numero 32, pro qua etiam refferri potest Salas 1. 2. tractatu 3. disp. 2. sect. 4. numero 35. P. Granado 1. 2. controversia 6. de peccatis tractatu 10. disp. 79. numero 9. et 10. Torres de peccatis d. 10. §. dico 1. P. Vasquez disp. 98. capite 2. numero 9. et alii infra locis. P. Suarez disp. 7. de bonitate, ac malitia actuum sect. 1. numero 8. P. Vasquez de 4. de peccatis cap. 1. dubio 4. numero 6. et alii plures hactenus relati, qui ponunt malitiam peccati independenter a lege positiva Dei.

11. Ratio est. Dico 1. quia plura peccata ideo sunt prohibita, quia mala, et non e contra, ergo ante adventum legem, peccatum illa prohibentem habent rationem peccati; ergo lex, seu oppositio cum lege per accidens se habet ad inducendam rationem peccati. Collegatur. Antecedens probatur, nam odium Dei, sive mendacium ideo prohibetur, quia in eo praesupponit malitiam, et rationem peccati; alioquin nullum esset discrimen inter haec obiecta, et alia prorsus indifferentia ad hoc, ut prohibeantur, vel praecipiantur, quod prorsus sunt mala moraliter, quo intelligat positiva prohibitio. Dicerantque prohibitionem dari obiecta habere malitiam quandam, sed solum futuram, a non formalem, quae sufficiat ad formale peccatum, sed 2o nomine rogo, quae est haec futura talis malitia? Siquidem est ipsa ipsa obiectorum seu capacitas ut lege prohibeantur, id etiam habent alia obiecta indifferentia, nempe esus carnis in die veneris, capaxem enim est hoc obiectum ut prohibeatur, ergo ex hoc capite nullum discrimen reperitur inter illa obiecta, siquidem dicas eorum malitiam futuram consistere in eo quod praedicta obiecta talia sunt ex se, ut debeant a Deo prohiberi, contra est, nam debes assignare rationem aliquam, quare Deus teneatur talia obiecta prohibere, non vero alia, quae apud omnes censentur indifferentia ad prohibitionem, et non prohibitionem, quam quidem non assignabis, nisi recurrendo ad malitiam moralem, quae in eis formaliter relucet ex eo, quod dissonant rectae rationi ex se, independenter a prohibitione, quod est ponere malitiam peccati, independenter a lege positiva.

12. Dices 2º eadem ratione, si Deus non prohiberet periurium, aut mendacium, & filio deberet intrinsece malum, adhuc, qui liberè periuraret, aut mentiretur peccaret, quod non est de ratione peccati, quod sit contra legem positivam. Respondeo, quia talis homo adhuc operaretur contra dictamen rationis dictans mendacium, aut periurium esse fugiendum. Dices, Deum non posse prohibere periurium, aut mendacium, aut filio, & contra: nam dupliciter potest intelligi Deum non posse non eadem ratione prohibere; 1º, Loquendo et externa prohibitione per revelationem, et promulgationem legis positivae. 2º, solum de prohibitione interiori, quatenus Deus adextra prohibitionem dicat tenere non posse: ita talia ad eum displicent, et tamen sit capax recipiendi. Realis debetur, ne ponant aliquem displicentiam posse eliquitur, 2º appellari prohibitio; si de hac loquatur, responsio est de displicentia, quia idem est naxim in Deo, cum non possit displicere, quod est formaliter moraliter; & hanc non procedit argumentum.

13. Sed 2º loquatur responsio de prohibitione per legem positivam promulgatam nandum est Deum teneri ad prohibendum mendacium, nam licet sit valde conforme Dei illa prohibitio, non videtur ea conformitas tanta, ut absolute debeat esse necessitatum ad illam. Probatur, nam de facto Deus pluribus hominibus non notificavit eam legem, quod potuit ullam esse non notificare, aut absolute talem legem non ferre. Probatur secundo, quia Deus aequaliter quo omnes homines debet habere naturalem providentiam, de proprio Dei, per quam ipsi ut rationis capaces, ac liberi habeant praevia requisita ad bene operandum moraliter, quod non obstante hac providentia potuit Deus aliquibus hominibus non notificare hanc legem, potuit etiam omnibus non notificare, ergo etc.

14 Praeterea 3º, etiam Deum non posset externe prohibere periurium, aut mendacium, quod parum refert ad nostrum argumentum. Si prohibitio posset ita dici, adhuc qui liberè mentiretur, committendo se contra rectam operari, peccaret sine dubio, quod defectus legis positivae non requiritur per se ad peccatum. Ait Medina, qui ex hac hypothesi sequitur, quod mendacium foret, et non foret peccatum, ita licet 2ª quaestio 18, art. 6 solutione. Sed refutatur hoc ex iis quae diximus, quia si prohibitio peccati ita esset per se requisita ad peccatum, ut absque illa in mendacio malitia maneat ratio peccati, solum posset sequi ex illa hypothesi mendacium non esse peccatum, nam posse supponitur deficere talem prohibitionem. Sicut absque praedicta prohibitione recte succederet ipso ordine mendacii sufficiens ad constituendum peccatum, solum inferret ex illa hypothesi quod maneat mendacium sub ratione peccati, quod est illa hypothesi non posse sequi utrumque. mendatij

15. Asserit Vazquez 2º parte disp. 99 c. 4 in aliter in hoc casu nullum fore malum morale, ac proinde tunc mendacium, et furtum, et filia non esse malum moraliter, licet forent contra rationis dictamen, nihilominus addit praedicta debere habitura esse malitiam quandam physicam, et naturalem. Male apud Salonium, Magistros audit haec responsio quam admodum intolerabilem appellat Salas citatus. Refellitur 1º, nam eo ipso, quod homo operaretur contra dictamen rationis deviaret a regula morum, ab illaque moraliter deficeret, sed adhuc seclusa lege positiva operaretur contra dictamen rationis, ut concedit ipse author, quod adhuc seclusa lege positiva deviaret homo a regula morum, quod committeret malum morale. 2º, in nostra Deus de facto nulli legi positivae subiectum est, et adhuc si mentiretur committeret malum morale, quod etiam in creatura posse intelligi malitiam moralis independenter a lege positiva.

16 Denique refellitur 3º apparatus, in nostra de facto seclusa lege positiva posse

pos hō efficere opus morale bonum, sic opus aliquod, scilicet, circa quod nullum dei preceptum
posuit, et servare perpetuam castitatem et silentium, quo potuit etiam efficere opus morale
malum, quamvis licite lex posita illud prohiberet. — P. Arriaga de hac re humiliter
2a sectione 1o subsectione 1o nuo 47 puncto hoc adquiescit de voce revocat, ait, enim, cum
quod nulla daret lex posita prohibens furtum vg, putabat aliquod in vinculis litteri ignoraret
ea lex tunc corporibus operaret sed dictamen rationis tantum ho, moraliter malum opere
non peccare quod dicit solum est transgressionem, quae est contra Deum appellari proprie peccatum
concedit itaque sine lege posita Dei posse intelligi malum morale, etiam distinguendo
gravis et levis, quod malum aliqui appellant peccatum philosophicum sumptum
non vero posse intelligi proprie peccatum, et Theologice sumptum absque predicta lege.
Reflexerunt ab Arriaga pro hac re P. Basquez disputatione 88, capite 23.
et P. Lugo tomo 1o in 3a parte.

17. Fateor questionem hanc multum de nomine involvere. Imprimis libenter admitto divisionem peccati, in Theologicum et Philosophicum, sed assero; ut aliqua actio sit peccatum Theologicum non esse necessarium, quod fiat contra legem positam, sed sufficere quod fiat realiter contra Deum, quod optime potest stare etiam seclusa qualicumque lege Dei posita, si enim quis expresse cognoscat suam actionem Deo gravissime displicere, quamvis ignoraret eam fuisse a Deo prohibitam lege posita, peccabit per eam actionem peccato Theologico, quod enim omnino est actionem Deo graviter displicere, ac si esset lege posita prohibitam, ac potuerit Deus non promulgare legem prohibentem, etiam eam tamen sibi maxime displiceret. Ideo autem, quare illud peccatum adhuc appellabit Theologicum est, quia ad hanc denominationem sufficit, quod dicat respectum aliquem ad Deum, illud vero peccatum quod fiat contra rectam rationem, Deo invincibiliter ignorato, dicitur duntaxat Philosophicum, quia nullum dicit respectum ad Deum.

18. Deinde admitto distinctionem aliquam inter malitiam moralem, et peccatum, ut abstrahit a Theologico et Philosophico, quia hec vocabula apud fere omnes existimant synonyma ac proinde assero non esse de ratione peccati, aut malitie moralis opponi cum lege posita Dei, quae dicto a fortiori debet intelligi de lege posita humana. Si quis autem cum Arriaga strictas illas usurpationes peccati, sequens defendat esse de ratione peccati opponi cum lege Dei, nihil cum eo contendendum existimo, dum dare concedat posse optime intelligi propriam malitiam moralem absque Dei lege posita, quod duntaxat intendunt Doctores nostre factionis, licet de vocibus non nihil differant.

Sit 2o dico

19 Sit ergo: non est de ratione peccati esse contra legem propriam Dei iu-
dicantis, seu indicantis. Patet tale ex dictis in probatione praesentis 20.
materiae, sive exemplum, itaque imprimis recurre, quod vel peccatum opponitur
iudicio Dei proprio, quo Deus iudicat, illud peccatum esse faciendum. Deinde
certum est, hoc iudicium esse in Deo indefectibile, et quasi propter naturam, et infinita-
tem ipsius sapientiae; dicimus ergo hanc oppositionem esse praeter essentiam a ratione peccati.
Probatur, nam si per impossibile Deus posset falli circa debitum primarium actionum
humanarum, aut saltem posset carere omni iudicio circa illas, adhuc posset + operari.
creatura contra suum dictamen, quod prius erat; si ergo ipse peccaret, quod est. Creatura ab-
strahamus ab hypothesi impossibili, si quod invincibiliter ignoraret Deum, nunc non ad-
verteret in statu opposito cum lege propria Dei, ut patet, et tamen si operaretur
contra prius suum dictamen peccaret, quod ipse non accidit haberet ad rationem peccati, oppositionem
cum lege propria Dei. Patet ergo, quia in praedicto casu; et daret talis opposi-
tionem, perinde se haberet, ac si non daret, quo quidem agnosceret a peccatore.

Dices: Et data per impossibile illa hypothesi, quod nullum
20. daretur in Deo iudicium circa peccatum, peccatum non haberet absolutam, et actualem opposi-
tionem cum iudicio divino, haberet tamen adhuc quandam oppositionem tractu et quasi con-
ditionatam; quatenus adhuc peccatum tale esset ex se, ut si daretur actu iudicium
divinum circa illud, ipsum haberet actualem, et absolutam oppositionem cum tali iudicio
seu lege Dei iudicante, unde saltem haec, quasi conditionata oppositio cum lege
Dei iudicante, erit de ratione peccati. Sed hanc non esse oppositionem, ac simpliciter
oppositionem peccati cum lege, nec esse aliquid aliud praeter ipsammet essentiam peccati, sicut
albedinem tale esse ex se, ut si poneretur nigredo esset illi dissimilis, non est nisi
albedinem tale esse ex se, ut si poneretur nigredo esset illi dissimilis, non est aliud praeter esse al-
plicitur haberet dissimilitudinem cum nigredine, imo nihil aliud est, praeter esse al-
bedinem; unde sicut nullus propter hoc diceret esse de ratione albedinis habere
dissimilitudinem cum nigredine, ita nec debet asserere esse de ratione peccati oppositionem
cum lege Dei iudicante. Rursus asserere esse de ratione hominis disparatum ab
hoc iudicio, homo est animal hinnibile, ex eo quod talis esse sit homo, ut
si daretur praedictum iudicium differret ab illo? minime. Ideo quod dic-
si daretur praedictum iudicium disparatum ab illo? minime. Ideo quod dic-
de peccato contra legis divinae iudicantis. Cap. 3. Obiectionum expeditio nostram
sententiam corroborat

Cap. 3.

obiectionis

obtionum expeditio nostram sententiam corroborat.

21. Primo sic stabauthoratur. D. August. Lib. 22 Contra Faustum cap. 27, ita peccatum definit: Dictum, factum, vel concupitum contra legem aeternam. Explanans autem hanc legem addit, quod vero lex aeterna est ratio Divina, vel voluntas Dei, ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans. Item D. Ambro. Lib. de paradiso cap. 8 quid est inquit, peccatum nisi Divinae legis praevaricatio, et caelestium inobedientia mandatorum? ergo ex his Doctoribus de ratione est peccati esse oppositum legi ea prohibente.

22. Sic authoratur et D. Salas cum aliis, peccatum natura esse contra legem prohibentem non tamen quod actu sit, sed quod esset, si Deus circa illud aliquam legem ferret, non circa peccatum Deus non posse legem praecipientem ferre, sed duntaxat prohibentem. Non tamen placet solutio haec; imprimis, quia ea non est simpliciter oppositio peccati cum lege ut supra vidimus. Deinde, quod licet esset simpliciter oppositio, adhuc ista supponit peccatum constitutum in ratione talis, ideo enim Deus tenetur ferre legem prohibentem circa peccatum, quia peccatum tale est in se, non autem e contra, unde male dessert essentiam peccati per eam oppositionem cum lege. Melius satisfaciunt asserendo ibi definiri peccatum non definitione essentiali, sed descriptiva, et per ea praedicata, quae de facto in actibus inveniuntur in peccato, et per quae magis nota est malitia peccati inter Christianos, qui et Deum, et eius legem non ignorant.

23. Sit 2o obiectio; si peccatum non includeret ex ratione sua oppositionem cum lege Dei, sequeretur, quod posset committi peccatum lethale mortale, cum actuali amore Dei perfectissimo super omnia, quod est contra Theologorum, et contra bullas Pii V, et Gregorii 13, contra Michaelem Baium: ergo peccatum ex ratione sua includit oppositionem cum lege Dei. Sequela probatur, nam si quis ex ignorantia iudicasset peccatum non esse contra Deum, neque contra ipsius legem, posset amare Deum super omnia efficaciter, et simul velle furari graviter, quamvis iudicaret furtum esse peccatum mortale, quia ex vi praedicti amoris solum cogeret ad evitandum id quod iudicaret esse contra Deum; cum autem non iudicaret esse contra Deum grave furtum, posset simul illud componere cum actuali amore Dei efficaciter super omnia, et consequenter hoc posset committere peccatum mortale.

24. Imprimis haec obiectio facile retorqueri potest in ipsius authores,

nam

non cum ipsi admittant malum morale, et quidem grave, includens necessario oppositionem legi Dei; sequitur saltem posse aliquem ex ignorantia invincibili iudicare furtum esse malum moraliter, et quidem gravissimum, tamen esse contra Deum, et consequenter ille posset simul Deum amare super omnia, et simul velle furari; quis sciat furtum esse malum grave moraliter contra nostram rationem, quod non eminus absurdum, quam magis ipsi contra nos inferunt.

25\. Deinde resp. 1°, negando sequelam, quia eo ipso quod aliquis homo Deum actualiter amaret super omnia, non posset simul committere peccatum grave, quia licet iudicaret illud peccatum non esse a Deo prohibitum lege aliqua positiva, tamen adhuc non posset ignorare Deo gravissime displicere tale peccatum, quia quidquid necessario opponitur Deo, cum sit iustissimus rerum appretiator, requirit autem opponi cum actuali amore Dei super omnia; quod sufficit, quia deberet eidem gravissime displicere, ut patet. Resp. 2°, omittendo sequelam de peccato philosophico sumpto, negando vero de peccato theologico, et quod de facto dirigitur in hoc ordine rerum. Bullae autem Pontificiae allegatae solum loquuntur de peccato mortali theologice sumpto, et quod est dignum poena aeterna. Nos autem solum asserimus non esse de ratione peccati oppositionem cum lege Dei, quidquid sit, an eam oppositionem includat ex ratione mortalis, aut ex ratione digni poena aeterna; de quo alibi.

26\. Sit 3° obiectio contra 2am conclusionem. Omne peccatum ex ratione peccati habet esse oppositum legi naturali, seu iudicio rectae rationis; ergo etiam ex ratione peccati habebit esse oppositum legi iudicanti divinae, seu iudicio Dei. Probatur consequentia, quia peccatum eo ipso quod opponatur recto iudicio rectae rationis, opponitur necessario cuilibet alteri recto iudicio existenti de eodem obiecto, et circumstantiis sibi eodem obiecto subiectis circumstantiis; cum omnia iudicia recta de eodem obiecto necessario conspirent, ut patet; ergo eo ipso quod peccatum ex ratione sua opponatur iudicio recto rationis, debet etiam ex ratione sua opponi iudicio intellectus divini. Confirmatur 1°, nam lex naturalis primario consistit in lege aeterna Dei iudicante, et secundario tantum dictamine rectae rationis; ergo ablata per impossibile lege aeterna Dei, auferretur ratio peccati, licet maneret iudicium rectae rationis, et saltem consequenter necessario existat ad rationem peccati oppositio cum lege aeterna Dei, atque cum rationis dictamine. Confirmatur 2°, nam lex naturalis est intimatio legis aeternae Dei; sed intimatio praesupponit legem legislatoris; ergo praesupponit quidem legis aeternae; ergo oppositio peccati cum lege naturali necessario est oppositio ipsius ad legem aeternam Dei.

27\. Resp. negando consequentiam; et in forma, ad huius probationem dico peccatum necessario opponi iudicio Dei, seu legi aeternae, quae hic necessario existit, sed non

roppon[illegible] distinatio extrinsica Dei, seu extrinsecus fraltipecci, ad hanc enim peraccien[illegible] se habet illa opposito; sicut, et ipsa lex aeterna Dei, quae si per impossibile non esset, adhuc persisteret totalis ratio pecci: unde nanda est absolute ultima ratio.
Adde, confrat ex eo: Lex naturalis, seu dictamen nostrae rationis in essendo continetur in Lege aeterna Dei, quatenus eiusdem participatio; illa non independens a lege aeterna Dei in regulando se re actiones humanas, ex enim ipso, quod actus fiat dissonus legi naturali, dissonus dictamini propriae rationis, evadit moraliter malus absque ullo respectu ad legem aeternam Dei, unde permisso antecedente confratione, nanda est utraque ratio. Adde, confratur dicentes legem naturalem vocari intimationem legis Dei aeternae, quatenus talis lex naturalis, est recta cognitio consequentis iudicio Divino de eorum obiecto, et proximius applicat nobis ad dirigendas nostras operationes, neque enim lex naturalis exprimens nobis recte sic esse debet iudicium, quod Deus affirmat, peccatum esse fugiendum, licet aliquid id ista contingat, sed sufficit quod intime nobis dicitur tale peccatum fugiendum esse, tamen pro dissonantia rectae rationi, nulla facta Dei mentione, cum quo stat optime, quod ad regulandas actiones humanas peraccien[illegible] se habeat lex aeterna Dei iudicantis.

28\. Sit 2º dubium ex P. Amico, ut vera ratio formalis peccet, debet cognitum actus illius peccaminosus esse dissonus rationi, quae est Dei, quoddam mirabile artefactum, et quod debet etiam illius cognitio, ut dissonus Deo authori huius artefacti, et etiam Divino dictamini. Probatur ratio, quod in quantum cognitio dissonantia ad artefactum ut tale, quoque cognoscat etiam dissonantiam ad authorem artefacti. Tum sic, quod peccatum ex ratione talis induit oppositionem, seu dissonantiam ab auctore, seu a lege Dei aeterna. Confirmatur, quod per eandem sequelentiam, et ratio, quod in quantum peccatum opponitur legi naturali, opponitur etiam legi aeternae Dei iudicantis; quod peccatum ex ratione sua habet oppositum legi naturali, etiam habet ex ratione sua oppositionem cum lege aeterna Dei. Patet ratio; eadem enim oppositio non potest haberi, et non haberi ex ratione pecci. Antecedens vero probat, quod lex aeterna Dei nullam aliam malitiam cognitam fugiendam, nisi eandem ipsam, quam cognoscit lex naturalis; quod esse. Sed distinguendo antecedens.

29\. Debet cognosci actus illius peccaminosus esse dissonus rationi, quae est Dei artefactum, cognitum esse Dei artefactum; nego antecedens; non cognitum esse Dei artefactum; concedo antecedens, et nego consequens. Fateor itaque quod licet potentia omnino non possit cognoscere dissonantiam ad artefactum ut tale, quin saltem attingat dissonantiam ad authorem artefacti;

Nescio

nesciot, quo ro: in mente venerit huic authori, q. circa roali, ut for-
liter peccet, debeat cognoscere 1ᵃ dissonam sub ea duplicat, sufficit eorum
cognat. pecci dissonantiae roalini, qui meminerit illius roi. ad facti.

Ad. argumentis dicendum ros obliviosos actus peccaminosi, et dissonare rō. roali,
et dissonare legi Dei, cum, cum utraque lex id expressissime prohibeat; at vero 1º
dissonat, se sequitur ad ros pecci, 2º vero pracciens se het ad illius roem.
Itaque eadem ro obliviosa, ut est ad rōnem roalem, pr. se petit ad pecc., put vero ratio
ad legem pth. Dei in petit pr se. s. express. pracciens. Disputatione 3ª an. et quo-
modo pecc. sit 3ª nam peccantis, cap. 1. alior. placita circa present. diffalt.

Disputatio 3ª

An, et quomodo peccu. sit 3ª nā peccantis?

cap. 1.

Aliorum placita circa presentem diffaltem.

§. 1º. P. Basquez tomo 1º in 1ª 2ª disp. 90. cap. 2º
asserit pecc. esse 3ª nam peccantis, quia virtutes omnes, in soli acquisitae, et naturales,
s. etiam supnales, ac infusae, sunt valde consentaneae ad nam hois roalis, siquidem
illam perficiunt ut patet, cum quod peccatum oe huic aut illi vitio opponatur, inde
e. q. etiam opponat. nae roali, nam cum e 3ª perfectionem alicuius subti, aut illam
impedit, in pr. oe, non eo ipso esse 3ª tale subto. s. contra huiusmodi roationem videtur esse,
qd. 1. hec non sit simpliciter oppo 3ª nam. 1. salt. h. strea, pr. ria solius pecci, ostendo,
nam libera omissio actus charitatis v.g., quo nunquam [illegible], 1. alterius cuiuscunque
operis relig. 3silii privat hoc perfectione actus oppi virtuosi, qui non minus 3sentaneus
e nae roali, q. ipsa virtus, quam privat pecc., s. n. ideo talis omissio dicitur 3ª ro
nae roali, q. ipsa virtus, qd. neque pecc. dicit 3ª virum roali, ex eo q. privet hoc
virtute opposita sibi 3sentanea, aut certe hec 3ª rietas, aut oppo. n e pr. ria
solius pecci, quod quidem reperit in predicta libera omissione, quae non e pecc., ut patet.

2. Praeterea status matrimonii privat bonum castitatis absolutae, quae bonum perfectius, et magis consentaneum rationi naturali est, tali, qui propter vel hoc virtute, aut perfectione sibi consentaneo, et propterea dicitur non naturalis. Item contrariis actibus, seu habitibus signalibus, qui sunt impediant illud maius bonum; quia ex his habitibus, aut actibus resultat in homine, adhuc non dicitur esse absolute contra naturalis. Itaque impeditivum maioris boni, non dicitur absolute contra subiectum, nisi illud maius bonum sit aliquo modo debitum tali subiecto, id est ex innata propensione illius, id est solum ex aliquo titulo morali. Si subiectum rationale sit. Cum ergo P. Basquez praedictum debitum non supponat inclinationem naturali inordinatam ad virtutes, id est potius neget, inde est quod non recte probet peccatum esse oppositum naturae rationali, ex eo quod impediat bonum virtutis oppositae.

3. Franciscus de Victoria relectione de homicidio a numero 2º supponit inesse homini esse inclinationem ad peccatum, quae inquit, haec, si esset, deberet peccatum Deo tribui, qui dedit nobis, quod naturale est, sicut homo inducens aliquem ad peccatum, tribuit peccatum ad quod inducit, et quidem a fortiori, quo fortiori ea motio sit, quae fit per naturalem inclinationem, quam quae per consilium. Deinde asserit in nobis esse inclinationem ad virtutes, quibus peccatum opponitur, unde tandem infert, hoc esse contra naturam hominis, quia privat virtutibus, ad quas ducit homo naturalem inclinationem.

4. Sed omissis aliis rationibus, quibus hunc Victoriae discursum impugnat P. Basquez, et quae P. Arriaga diligenter examinant, impugno 1º quia non probat sufficienter in nobis dari naturalem inclinationem ad virtutem, eo enim minime probat ex defectu inclinationis ad vitium, cum utraque inclinatione possimus carere. 2º quia licet ea inclinatio in nobis daretur, adhuc non sequitur ad probandum, quod peccatum sit contra naturam hominis, hanc enim contrarietatem haberet, licet nullo bono posito privaret, sive debito, sive indebito. Quod ita ostendo; nam si homo non posset elicere ullum actum positivum bonum, sed deberet, id est posset omittere, id est peccare, adhuc peccatum esset contra naturale, quia ea contrarietas contrariatur cum quo peccatum retinuit exclusive bonum. Et tamen, quia in praedicta hypotesi, nullum bonum posset impediri, aut eici per peccatum, sed hinc consensum. Itaque continuo non peccatum posse dici contrarium naturae rationali, ex eo quod illud privet bono aliquo sibi maxime congruenti, praesertim, si illud sit tali modo debitum; hoc enim sufficiens computatur, sicut, ut ea contrarietas subeat peccatum ad virtutem non rationale, sed assero talem contrarietatem non esse propriam, et pedisequam cuiuscumque peccati, quam in praesenti disputatione solum investigamus, quod patet manifeste ex eo, quod possit in aliqua hypotesi intelligi peccatum, et contrarium rationali contrarium, quod nullo bono positivo privet.

Cap. 2

Cap. 23.

Resolvitur difficultas ex propria sententia

5. Suppono 1° peccatum in aliquo sensu naturale esse, et non contra, aut supra naturam hominis peccantis, quatenus v.g., et ab eo committitur solis suis viribus ut causa principali, quin ad hoc indigeat auxilio gratiae, quae per modum causae principalis hominem elevet, et evehat quasi ad peccandum; in quo sensu non inepte dicetur peccatum naturale, quia neque est supra naturam, neque supra eius vires naturales. Suppono 2°, plura peccata esse naturalia appetitui sensitivo hominis, in quantum, quia tali appetitui naturali inclinatione feratur in illa, taliter ut peccata, s. quia inclinat in eorum peccatorum materiam, ut in comessationes, delicias, in potu, cuiusque intemperantiae etc., in quo sensu, non omnia peccata sunt contra naturam hominis ut sensitivi, aliqua forsan ei contraria sunt in eo sensu quatenus perpetrantur in materia quam appetitus ipse reformidat, ut si quis seipsum viventem sepeliat, aut ignis voracitati se vivum committat, nec de ea generali contrarietate procedit difficultas.

6. Ouaeritur ergo solum, an peccatum ex se et totalis habeat oppositionem, aut contrarietatem cum natura rationali, ut talis, quod quaerit an ex ratione sua naturali per actionem contrariam illam oppositionem participet; in quo difficultas Divus Aug. lib. 3° de lib° arbitrio, cap. 13. partem affirmativam his verbis expressit; omne vitium eo ipso, quod vitium est, contra naturam est. quod affirmari debet intelligi de ipso actu vitioso. Subscribit Angelicus Doctor 1° 2ae q. 71, art. 2°, et cum eo Caietanus, et reliqui Thomistae. Sic etiam P. Basquez, P. Granado, P. Oviedo, et alii quamplurimi, quorum sententiam sequentibus explicabo conclusionibus.

7. Dico 1°; omne peccatum ex se et totalis habet oppositionem quasi physicam cum natura rationali. Probatur, quia omne peccatum ex se infert nocumentum aliquod physicum animae rationali, sicut enim sic tale est poenis inferni, ut vel venialibus purgatorii cruciatibus animam addicit, quae sunt animae nocumenta physica; ergo habet oppositionem quasi physicam cum natura rationali; patet consequentia, quia enim damnum physicum infert valetudini corporis, habet oppositionem physicam contra eam valetudinem; ergo quod nocumentum physicum infert naturae rationali, etiam habebit oppositionem physicam cum natura rationali. Et ideo peccatum non infert damnum animae physice per suam physicam entitatem, sed tamen moraliter, adhuc eam oppositionem appello quasi physicam, ut distinguatur ab alia quam mox explicabo.

Dices:

8. Dices: peccatum infferre hoc nocumentum aiae ex ratione peccati; si enim Deus non decrevisset punire aias huiusmodi penis, peccatum non inffereret eo damna, ergo quae est in peccatum ex ratione sua reddit peccatorem obnoxium predictis penis a Deo inffligendis pro suo arbitrio, quod sufficit, ut dicatur ex se infferre nocumentum physicale.

9. Dico 2° de peccato ex ratione talis habet oppositionem physicam moralem cum natura rationali. Quod in peccatum ex ratione sua, est malum morale naturae rationalis, ideo est contra naturam rationalem, et habet oppositionem moralem cum illa, et quidem hoc independenter ab eo, quod privet ab aliquo bono, aut aliquod damnum distans ab ipso peccato infferat. Antecedens patet; quia peccatum ex ratione talis deffedat naturam humanam in genere morum, eoque hominem maxime dedecet, et est contra dictamen rationis, ideo peccatum ex ratione sua, est malum morale naturae rationali, necesse, cur inquirendis alijs rationibus fatigemur in re adeo facili.

10. Ad finem advertere aliqua esse peccata, quae specialiter dicuntur contra naturam, ut sodomia, pollutio, ebrietas, et similia, quia non solum sunt contra dictamen rationis, et hominem dedecent ut reliqua peccata, sed etiam specialiter opponuntur fini, quem natura secundum se intendit in suis operationibus, et qui etiam ab animantibus rationis carentibus servari solet; unde huiusmodi peccata non solum dicuntur esse contra naturam rationalem ut talem, sed etiam contra naturam hominis sensitivam.

Dispo 4a.

Quae aliae malitiae in omni peccato reperiantur?

N. 1° Ex titulo prefixo disputationis satis liquet nos in presenti non inquirere speciales rationes malitiae, quae in peccato reperiri possunt ob specialem oppositionem cum varijs preceptis, sed solum communes, quae in omni peccato quatali, essentialiter reperiuntur. Has ergo in presenti dispe ad examen vocamus, de quibus tamen minus fusius, quam mihi consuetum, recentiores quidem dispp[utationes] enumerunt.

Cap. 1um

De malitia aversionis, et conversionis

2. Nihil antiquius in schola Thomistarum, quam peccatorem, dum peccat, averti a bono immutabili, et converti ad bonum commutabile. Unde

colligitur

Coltex Theologi duplemalitiam disquire solent in peccato, alteram aversionis, alteram conversionis. Aversio desumitur inordinatio ad Deum, a quo quis per peccatum avertit aut etiam inordine ad Legem humanam, naturalem, seu dictamen rationis, vel etiam aliquo modo appellari potest bonum incommutabile, a quo creatura per peccatum deflectit. Conversio dicit inordinem ad bonum creatum, quod apparet in dicto, et habito, et adquod peccator affectu suo convertit, quae doctrina desumpta est ex Augustino, Lib. 2.do de Libero arbitrio, cap. 19, ubi universum deffiniens malum morale, ait, malum est aversio ab incommutabili bono, et conversio ad mutabilia bona.

3\. Sed antequam examinemus, an hec duplex malitia in omni peccato essentialiter reperiatur, oportet videre utrum haec formaliter aversio, et conversio habeant essentialiter imbibitam rationem malitiae moralis, et an praedicte malitiae sint adinvicem separabiles. Videtur quod ... distinguendo ... aversio a bono incommutabili, nempe a Deo, vel per ipsius Dei formale odium, vel per dictamen Legis poenam transgressam, vel per deflexum ab ... Dei Lege iudicante, vel denique per positivum ... Deo displicentem ... bonum incommutabile intelligatur rectitudo humana, ut posse intelligi diximus, tunc creatura ab illo avertit, quod in suis operationibus difformatur a dictamine rationis, et quid in eiusdem aversionibus reperiri formalem malitiam moralem, non est dubitandum, quia adhuc taxat per peccatum praedicti mihi creatura avertit a bono incommutabili, ut patet. Circa conversionem vero ad bonum commutabile, noto dupliciter posse considerari: vel ita ut sit ad bonum creatum, et deffectibile praecise, et ut sic talis conversio non imbibit rationem malitiae, sed abstrahit ut ratio generica ... a bonitate, quam a malitia, et solum dicit amorem obiecti creati, amor autem objecti creati, non est ex se malum, ut patet; vel ita ut sit ad bonum commutabile, ut inhonestum moraliter, vel ut prohibitum, et sic certum est in ea conversione essentialiter imbibi malitiam moralem, quia idem formaliter est conversio ad bonum creatum ut prohibitum, ac contra dictamen rationis operari, sed ita operari, dicit malitiam moralem essentialiter, quod conversio ad bonum commutabile ut prohibitum, dicit essentialiter malitiam moralem.

4\. Quoad 2.m quod difficultatem, an utraque de talis malitie sint adinvicem separabiles, cum dicto Loquendum modo esse. Asseros ... aversionem a Deo, quae fit per odium ipsius formale, posse realiter separari a conversione formali ad bonum commutabile. Probatur nam potest quis odio habere Deo, quatenus habet objectum, vel ... motivo rationem aliquam bonitatis creatam, sed solum rationem malitiae, quam ex decepto aprehendit in Deo, quia generale est omnibus actibus odii, et displicentiae, ut talibus, quorum motivum non est bonum, sed sola malitia, quod

praedicta

Moral

predicta aversio, potest realiter separari a conversione formali ad bonum commutabile. Dixi notanter a conversione formali, quia forte omnis aversio habet sibi coniunctam conversionem virtualem, aut interpretativam ad bonum creatum. Unde patet idem dicendum esse de reliquis aversionibus anumeratis supra, nempe quod creatura per odium avertat a Deo, etiam eo ipso avertit a bono incommutabili, reliquis aliis modis, quo si aversio per odium potest contingere absque conversione, etiam reliquae.

5. Assero 2°; conversio est ad bonum creatum, et deflectens per se potest realiter separari a quacumque aversione boni incommutabilis. Patet, quia sub hac consideratione nullam involvit malitiam moralem, ut supra vidimus, et tamen huiusmodi conversio praecise est ad bonum delectabile. Se pro principio sunt aversiones, quae deducuntur a contrarietate hoc, ut propter eam non curet, quod bonum sit prohibitum, atque ideo illud amplectitur etiam contra Deum, et recte dicitur, quod est aversio a bono incommutabili; et per hanc explanationem intelligendus est Divus Thomas, quando asserit conversionem esse fundamentum aversionis.

6. Assero 3°; conversio ut est ad bonum creatum, ut prohibitum, potest realiter separari ab aversione, quae fit per odium formale Dei; patet; quia non per quemcumque amorem boni prohibiti creatura formaliter odio habet Deum, ita ab aversione, quae fit per transgressionem divinae legis positivae, cum Deus potuerit hanc legem non ferre, et positivam latam abrogare, et in quo eventu peccator, se convertens ad creaturam, non averteretur a Deo per transgressionem suae legis positivae. Non tamen potest praedicta conversio realiter separari ab aversione saltem mali, quae fit per deflexionem a praedicta Dei lege iudicante, aut per positionem obiecti Deo displicentis, quia eo ipso quod creatura bonum prohibitum amplectatur, saltem materialiter deflectit a lege praedicta Dei, quae dictat illud bonum non esse amandum, et saltem ponit materialiter obiectum revera Deo displicens, cum Deo displicere debeat in quolibet peccato; ergo conversio, ut est ad bonum prohibitum non potest realiter separari ab aversione saltem mali, quae fit per deflexionem a praedicta lege, aut per positionem obiecti Deo displicentis. Cum quo tamen stat optime, quod per intentionem dirigatur pars ista, potest enim peccatum attingi inordinate ad unum tantum, quod non attingat inordinate aliud.

7. Contra ab aversione saltem mali, quae ab aversione formali, potest etiam realiter separari conversio ad bonum prohibitum. Nam formalis est, non ut detur formalis aversio a Deo per deflexionem a praedicta lege Dei iudicante, vel per positionem obiecti Deo displicentis, necesse est, quod peccator advertat ad legem aeternam Dei, vel ad

Omnem

Vtriusque displicentiae, quam peccando incurrit. S. posset creatura peccare, quin advertat ad praedicta debita, quin etiam vix converteret ad bonum creatum prohibitum: ergo potest dari conversio ad bonum prohibitum realiter separata a praedicta duplici aversione formali. Probatur minor, quia posset contingere, quod creatura ignoraret invincibiliter Deum, aut certe de illo non cogitaret, quo casu, si furaretur peccaret contra rationem absque ulla advertentia ad Legem prohibentem Dei, aut ad illius displicentiam; ergo etc.

8 Assero 4°, conversio ad bonum commutabile ut prohibitum neque per intrinsece separabilis est ab aversione a bono in commutabili, quod hoc significat rectam rationem humanam; probatur antecedens assertionis, probatur suppono rectam rationem dictasse furtum non esse committendum: tunc sic, eo ipso quod voluntas libere amplectatur furtum, quod agnoscit non esse committendum, deflectat ab illo dictamine rationis; ergo eo ipso avertit a recta ratione, patet consequentia; probatur antecedens, deflectere a praedicto dictamine formaliter est idem atque facere, quod tale dictamen dictat non esse faciendum; sed amplecti furtum hic, et nunc est formaliter facere quod illud dictamen dictat non esse faciendum, ergo amplecti furtum hic et nunc, est formaliter deflectere ab illo dictamine rationis; non ergo separabilis per intrinsece conversio ad bonum commutabile ut prohibitum ab aversione rectae rationis humanae.

9 Ex vero ex dictis facile colligitur an in omni peccato reperiatur utraque malitia conversionis, et aversionis, quae erat praecipua difficultas. Dicendum est imprimis circa aversionem, et sit 1a conclusio, Illa aversio formalis a recta ratione humana, est quae per se reperitur in omni peccato hominis. Probatur, quia nullus operaretur contra proprium rationis dictamen, nisi peccat; ergo ut peccet, debet operari contra proprium dictamen rationis, sed taliter operari, est averti a recta ratione humana; ergo ut quis peccet, debet averti a recta ratione. Conclusio 2a. reliquae aversiones formales, non debeant per se reperiri in quolibet peccato, quae est altera pars conclusionis. Probatur, nam in ignorante Deum invincibiliter, neque datur aversio formalis a Deo ut gradu ipsius, neque per transgressionem Legis divinae positivae, neque per deflexionem a Lege praecipiente, neque per positionem obiecti Deo displicentis, sed tamen praedictus homo posset clare peccare si furaretur contra rationis dictamen; ergo non omni in peccato debent reperiri formales aversiones a Deo. Ultimis modis explicatae. Itaque solum praedictae aversiones, quae fit gradu Dei formale, reliquae omnes solum malitiae reperiantur ratio in omni peccato, ut

considerans

consideranti patebit, at vero non est necesse, quod formaliter in nostro peccato reperiantur, et quod constituant malitiam imputabilem peccanti, non ei, ut imputetur transgressio legis, qui legem ignorat, ideo dicimus de deflexione a iudicio divino, aut displicentia, quas non imputant invincibiliter ignoranti suam actionem Deo displicere, aut a divino iudicio declinare.

10 Circa aversionem vero, sit 2° dico; aversio a bono creato, non debet per se reperiri in nostro peccato, quia dico intelligenda est de aversione formali a creatore, et ut sic satis patet ex his, quae supra diximus circa peccatum odii formalis Dei. Dices: si qui peccat venialiter, quod ponimus, formaliter Deo displiceat, aut eius legem formaliter in re levi transgrediatur, non dicitur absolute aversus a Deo, quia non amisit divinam amicitiam, neque gratiam sanctificantem, sed absolute manet amicus et gratus Deo, ideo solum in peccato mortali, potest reperiri aversio absolute imputata a bono, nempe Deo. Resp. hunc terminum aversum a Deo absolute, pro statu sequenti, usurpari pro inimicum et ingratum Deo, sicut peccator solet usurpari, prout ipso, solum per peccatum mortale dicitur homo absolute inimicus Dei, et sub hac acceptione, solum per peccatum mortale dicitur homo absolute a Deo aversus; at vero si sumatur aversio, ut a nobis in praesentia accipitur, et super explicatum manet, tenendum est etiam reperiri in peccato veniali, per hoc enim peccator transgreditur legem Dei propriam, deflectit ab ipsius lege iudicante ac per modum transgreditur legem Dei, et sic aversus a Deo, etiam si mortaliter Deo saltem leviter displicere, et per hunc sensum avertit a Deo, etiam si mortaliter peccet. cap. 2 reliquae malitiae a Theologis considerari solitae in peccato.

Cap. 2

Reliquae malitiae a Theologis considerari solitae in peccato.

11. Cum pluribus ex titulis Deus a creatura exigat, ne ipsum offendat, varias Theologi malitias in peccato distinguunt, variis titulis correspondentes, etenim prima malitia inobedientiae, qua per peccatum creatura transgreditur praeceptum, ac legem Dei, et haec est contra Deum, ut supremum legislatorem. 2ª est contra charitatem Dei, quam per peccatum deficit creatura ab amore, quo Deo debet propter suam infinitam bonitatem, quae per se dignissima est summo amore, at quod atteo despicit amicitiam Dei, et merito odium Dei vocat, praeserim mortaliter peccando. 3ª est, malitia irreverentiae, seu irreligionis, et haec est contra reverentiam Dei summam authoritatis, et maiestatis, quod cum homo semper

sit

sit in conspectu summae maiestatis non potest non esse iniuriosus Deo, si tam tanto numine contra ipsum peccet, magis sub levissimis, imo, et vilissimis causis.

12. 4a est malitia iniustitiae, et desumitur in ordine ad Deum, ut supremum creatorem Dominum, nam cum Deus sit omnium nostrarum actionum Dominus, et exhoc titulo a nobis exigat, hic, et nunc, hanc, scilicet illam actionem, a transgressione, scilicet illius exercitio inde est, quod nos peccando eam Deo negamus, opponimus contra supremum illud, actu infinitum ius Dei, non minus, quam si pallium suum petenti nollemus restituere. 5a est malitia ingratitudinis, et hece contra Deum, ut summum benefactorem; peccator enim hanc gravissime incurrit, eo ipso, quod suum peccatum sit offensa illius, a quo tot, ac tanta beneficia idemtidem accipit, et sine quo vitam servare non potest, etiam sub illo momento, quo peccat.

13. Ita communiter Doctores discurrunt circa malitias omnes omnis peccati praesertim theologico, quas fideliter recensuimus, omissis aliis subtilioribus cogitationibus quae paginas implent potius, quam illustrant. Fateor has omnes malitias saepe saepius idemtidem fatis rationem, ac concludentes in diversis actibus deinceps, praesertim in hoc ministerio de quibus clarior Dei notitia elluxit, horum enim menti inter peccandum occurrit Deum talibus offendere, secundum omnia ea praedicata, quae diximus, illorumque rationes malitiae fundare solent, quae dedicata Deo, omnes deberat in quocumque peccato, et propter hanc rationem non sunt necessario explanandae in confessione, quorum tamen dicatur cum distinctis dictorum speciebus, ut aliqui volunt, de quo in praesenti non disputo. Ratio est quia istae solae malitiae, et communiter explanandae sunt, quae faciunt diversitatem inter unum, et aliud peccatum, ut si percipiat confessarius qualiter illud fuerit, cum quod praedictae malitiae in omnibus peccatis fideliter reperiantur, sufficienter praecipiuntur, eo ipso quod dicat peccatum secundum suam speciem infimam furti, aut periurii etc.

14. Adverto nihilominus in hoc valde rudi, posse rationaliter reperiri unam malitiam absque altera, si enim ignoraret Deum esse legislatorem, non contra hunc foret formaliter malitiam moralis inobedientiae per mendacium, aut fornicationem. Similiter, si ignoraret beneficia sibi a Deo collata, non contra hunc foret malitia ingratitudinis, nec diceret formaliter Deo ingratum, cum ingratitudo respiciat Deum, ut benefactorem, et idem dicendum est de reliquis omnibus malitiis supra explanatis, scilicet cum huiusmodi ignorantia fere

generumque, aut raro contingat, seu contingat imperceptibilis sit a peccatore praesertim rudi, inde est, quod non obligent Doctores ad haec omnia explananda in confessionibus, ne scrupulos absque ullo fructu poenitentibus iniciant.

15 Praeterea notabis, non bene ab aliquibus recentioribus doceri, has omnes malitias enumeratas invicem esse omnino transcendentes, et quodcumque ex ipsis posse concipi praecisive absque alia. Possumus enim considerare solum rationem ingratitudinis, praescindendo ab eo, quod Deus esset legislator, non autem principaliter, cuius esset legislatio; aliter peccatum Deo displiceret, eo ipso homo teneretur titulo gratitudinis, quod Deus illud vitare, quod si non vitaret absque dubio notam ingratitudinis incurreret. Similiter possumus considerare reliquas malitias praescindendo ab ingratitudine. Fingamus enim a Deo nullum prorsus beneficium in hoc dari, adhuc homo teneretur ex reliquis titulis vitare peccatum, siquidem non vitare esset inobediens in Deum legislatorem, et iniustus quoad supremum Deum actionum dominium, et irreverens quoad summam Dei maiestatem, in cuius conspectu peccaret; non autem quoad haberet malitiam ingratitudinis, cum haec non subsistat, nisi in ordine ad benefactorem, qualem fingimus in illa hypothesi Deum non esse; quod huiusmodi malitiae non sunt sibi invicem transcendentes rationes, immo nec ratione, ut constat ex dictis.

Disp.o 5.a

Quid denique sit peccatum, quomodo vero definiri debeat?

N. 1. Praecedentibus disputationibus ad praesentem quoad versionem plurimas, in qua investigamus esse metaphysicum peccati ut sic, eiusque definitionem, ubi advertere longe diversam esse hanc difficultatem ab illa satis celebri, an scilicet peccatum consistat in positivo, vel privativo, de qua separatim a nobis agendum est. Postquam enim stabilierimus quid sit peccatum quoad suum esse metaphysicum, facilius disputabimus, an in eo consistat in positivo, vel privativo. Advertere praeterea sub illo titulo hanc eandem difficultatem agitari solere a Doctoribus, rogant enim, in quo consistat ratio formalis malitiae, quae reddit peccatum, et quae illud constituit in esse tali, quo iniquum reddit, atque rogare quid sit formale peccati. Haec enim ratio defendenda est, pro illis, quae illud formaliter constituit in esse peccati.

Cap. 1.

Cap. 1um

Quibusdam notationibus via sternitur ad totam disputationem.

2. Notandum est 1o, aliud esse, quod denotat peccatum, aliud esse id, per quod denotat peccatum. Facile est assignare id, quod denotat peccatum, est enim vel opus positivum illicitum, sive internum, sive externum, si peccatum sit commissionis, vel omissio ipsa illicita operis praecepti, si peccatum sit omissionis. Non tamen facile est assignare id, per quod peccatum denotat tale. Solum generaliter dici esse formale, sive rem formalem, per quam opus constituitur in esse peccati, et de hac procedit praesens difficultas.

3. Notandum est 2o, duplicem malitiam considerari a Theologis in peccato, aliam formalem, aliam obiectivam. Malitia obiectiva est, quae relucet in obiecto, quod voluntas amplectitur dum peccat, et a qua ipse actus voluntatis haurit esse malum moraliter, et peccaminosum; et hanc amplius infra explicabimus. Malitia formalis est, quae datur in ipso actu voluntatis in praedictum obiectum tendente, et dicitur formalis scilicet, quia haec sola est malitia culpabilis, et imputabilis directe agenti, vel quia datur in actu, qui est intra voluntatem existens, ad modum, quo Dialectici philosophantur circa veram formalem, et obiectivam, vel denique, quia sola haec actus malitia, est quae formaliter constituit peccatum in ratione talis, tamquam forma propria huius denominationis.

4. Et quidem non dubito hanc obiectivam malitiam resolvi denique in ipsam obiecti antecedentem prorsus ad malitiam formalem activam; non enim malitia formalis actus applicat obiecto malitiam aliquam obiectivam, sed potius est contra, malitia obiectiva obiecti derivat in actum malitiam formalem, quae inhaeret; nam si rogeris cur mendacium sit malum, non poterit bene tibi responderi, quia mala voluntate amatur, poteris enim illico instare, cur est mala talis voluntas? quia amat eleemosynam, aut castitatem? Quia amat mendacium, et non qui amat eleemosynam, aut castitatem? Stat tamen voluntas, quae amet mendacium, et non quae amat eleemosynam, aut castitatem; debet ergo ante actum iterum recurrere ad ipsa obiecta, quae circa ad modum vitiosum; debet ergo ante actum voluntatis, qui dicit peccatum, praesupponi aliqua malitia in obiecto, independens prorsus a voluntate. Unde autem desumatur haec malitia obiectiva, difficilis sane quaestio erit.

5. Aliqua sunt obiecta ex se prorsus indifferentia, quae secundum se nullam dicunt malitiam, aut bonitatem moralem, et in his ita considerantis, non est cur defatigemur inquirendo causam illorum malitiae, cum ut sic nullam malitiam involvant, at vero per legem externam redduntur illa obiecta mala, et prohibita, tunc autem facile est reddere rationem, quare igitur illa obiecta sint mala, tunc enim reddens, quia prohibita sunt,

Si

Si ulterius quærat, cur sint prohibita, recurres ad voluntatem Legislatoris, et ex ista ratione voluntas. Ut ergo comedere carnes die Veneris, hic et nunc, est malum, quia prohibitum, est autem prohibitum, quia ita voluit Legislator. Fateor posse ulterius inquiri, quare comestio carnis prohibita sit mala? Et huic quæstioni responderi debet, scilicet per se ipsam potest percipi esse malum, quatenus quod est prohibitum, scilicet eadem ratione, quo infra respondemus circa objecta Excellentiæ Suæ; et essentialiter mala, non in eodem statu, in quo sunt objecta essentialiter mala, quæ sine alia objecta prohibita supposita prohibitione, tunc enim necessario mala est comestio carnis ex suppositione quod prohibita sit, quæ similiter necessario malum est mendacium Excellentiæ Suæ. Ex eodem itaque fonte debemus deducere rationem, quare mendacium Excellentiæ Suæ sit malum, et quare comestio carnis, ut prohibita, sit mala?

6. In illis ergo objectis, quæ natura sua mala sunt, ideo frustra assignabitur quare illa mala sint, non aliter quam mendacium esse malum, quod lege necessario est prohibitum, potest urgentius instari quare necessario prohibitum est a Deo mendacium. Et an sententia? nec poteris ad ipsa objecta aliquo [illegible] recurrere. Dicunt aliqui illa objecta ideo esse intrinsece mala, quod dissonant a lege æterna Dei. Sed contra, non si per legem æternam Dei intelligatur externa Dei prohibitio, adhuc manet integra difficultas: rogo enim, cur Deus necessario prohibet mendacium, aut homicidium, et non illam deambulationem? Non enim id potest reduci in libertatem ipsius, sed in objecta ipsa. Ergo quæramus quæ sit in illis objectis, unde proveniat hæc diversitas; non satisfit huic difficultati. Si autem nomine legis æternæ Divinæ accipiatur ipse intellectus Divinus, qui necessario dictet illa objecta esse a nobis fugienda, similiter impugnari debet, quia adhuc manet eadem difficultas, quare cogatur Deus de mendacio id dictare, et non de deambulatione, aut risu. Quæro: vel agnoscit Deus in ipsis objectis aliquam malitiam, ob quam teneatur ad id dictandum, vel non; si agnoscit, ergo antecedenter ad illud dictamen Divinum præsupponitur malitia in objectis, et contra præterea debemus explicare difficultatem præsentem, sine recursu ad illud dictamen inde secutum. Si vero non agnoscit malitiam aliquam in objectis, rogo iterum, quare Deus tenetur id dictare de mendacio, non vero de aliis objectis indifferentibus, aut unde Gentiles Philosophi, qui de Lege positiva a Deo data nihil audiverunt, potuerunt cognoscere Deum prohibere hæc, non vero illa objecta? Certe dicendum est illos ignorasse intrinsece ista, quæ essent mala, quæ vero bona, quod satis absurdum apparet.

7. Dicendum ergo est, objecta illa, quæ dicuntur essentialiter mala,

ideò

ideo mala eē, aut ħere malitiā obtivā, quia sunt difformia r̃nā roālī, vel tali, ipsiq. 3ᵃ ria; hec aūt difformitas, aut 3ᵃ rietas talis ē, ex se, vt a bene sentientibq agnoscat ipso nr̃i lumine: nec ē dista ā nā ipsa obtorū, sicut 3ᵃ rietas caloris cū aqua, n̄ disquit ab ipsa nā caloris. qui detrahat alt participiū, sitanqam inqutilari ea obtā: que collere dicunt esse aliā mala, vt mendatiū nā sua malū ē, q° id repub. humana maxe nariā ē multis 3 fidentia, et amor hoīs int se, id q̄ n̄ ō ē ex ipsis tūm, a saūn hoc impediat p̃r mendatiū, vt patet, inde ē, q° mendatiū ex nā sua sit 3ᵐ nr̃i roalī, et essa alt ex malū. Itq iuramentū falsū, ex se facit Deum mendatiū approbatorē, ipi q̄d ipsi maxā irrogat iniuria; hoc vero p̃r se patet eē 3 nr̃i roalī. Insuper furari ex nā sua turbat rempub. politicā, qui maxe p̄ent, vt cuilibet suū ius retineat, vnde ex nā sua ē 3ᵃ nr̃i roalī. Et sic discurrere p̄ oēs p̃r reliqua obtā, qui dicunt intri mala, in quibq prudenis sp̄ semper inveni et alq q̄ explatis tūm, agnoscat eē 3ᵃ riū nr̃i roalī, et q̄ ex re digniū ē, vt a Deo p̃hibeat, et a Dīno iudicio anseat eē fugiendū, ex quo patet in ipsam et nā obtorum repeziendoq eē malitiā obtivā, anteq ad p̃hibitionē Dei, aut ad dictamen Dīnū, tūm si in quirat aux Dīna lex p̃hibeat nā sto mendatiū, aut dictamen Dīnū dictet id eē fugiendū, n̄ vero deambulatiū, n̄ poteris quiescere in Dīna lege aut dictamine, sed tandm recurrere debes ad obtorū nr̃i ipsorū, n̄ enim q̄ commodo p̃cedit lex Dīna, saut dictamen Dei, s. propt̃ diversitatē ipsorū, quā reperit in ipsis obtis, p̃hibet hec, n̄ vero illa.

8\. Discernendū ē circa obta alia indiffā ex supp̄ q̄ p̃hibita sint, q° et ante p̃hibitionē ea si nt difformia nr̃i roalī, q° secundū se neq decent positivē, neq dedecent, fallens, at vero, post legitimā p̃hibitionē, maxe indecentia sunt, et ipsū nr̃i lumen dictat n̄ eē facendū, q̄d q° legite p̃hibitū ē, alioqui perturbaret totus ordo reipub. humane, qui p̄sistit in debita subtione inferiorū ad superiorē. Vnde tūm dicit nr̃i roalī, deambulatio p̃hibita, dū perstat p̃hibitio, quā dedecet furtū, aut mendatiū, secundū sei lo solo discrimine, q° deambulationi p̄venit ab extro eorū indecentia 3ᵐ nr̃i, mendatiū v°, aut furtū, i ... ex nā sua.

9\. Notandū ē 3°, ad hoc vt vdeas formaliter peccet, plura debere in nobis 3currere, qui si desint, n̄ dabit peccū formale, imprimis enim debet dari cognitio mali, que resideat in nobis, q° tūm nihil volitū, q° n̄ p̃recognitū, n̄

vel posse amari malitiam, quam penitus ignorat; haec autem obiectivam malitiam variis modis potest cognosci; si enim homo cognoscat mendacium, aut furtum, ut a lege prohibita, ea cognitio sufficeret, ut si ea objecta libere amet, peccet formaliter, quamvis non recurrat ad primarium, et radicalem fontem, unde illa objecta mala sunt; ut frequenter contingit rudioribus, qui nihil curant an ea objecta sint intrinsece mala. Sed tamen ex lege extrinseca, nec haec diversitas considerabiliter percipiunt, licet si cognoscant objectum esse malum, aut inde carere honore, etiam sufficit ea cognitio ad ponendum formaliter peccatum.

10. Dices i debet intus cognoscere objectum esse malum, ut procedere a voluntate libera, furtum enim per se, nisi libere fiat, non est malum moraliter; hinc autem fit reflexio supra ipsos actus malos, et sic circulus vitiosus, ut in ordine voluntatis liberae esset mala, quia vult furtum, ut tale amabile, quod est absurdum. Nego, sufficit enim cognoscere malitiam objecti, non est necessarium, quod cognoscat an illud prohibitum, aut malum sit in ordine ad actum formaliter malum, an vero in ordine ad liberum, aut necessarium; sed absolute id esse malum, aut prohibitum, quod absque ulla reflexione supra actum ipsum voluntatis potest attingere. Quod autem aliquando fieri possit malitia actus assumat in actu interno, ut in odio Dei, quod non est malum ex sola ... et in aliis similibus, fatetur Arriaga necessarium esse ad peccandum aliquam reflexionem supra actum ipsum voluntatis, sed tunc sufficiet reflexio quaedam generalis, et indistincta, quae apud omnes nullum dicit negotium, ut quis formaliter peccet odio Dei, sufficit, quod generaliter cognoscat actum odii Dei generaliter esse prohibitum, quin fiat particularis reflexio supra illum actum, quem hic, et nunc actualiter libere volo, dum odio habeat Deum, imo licet talis reflexio particularis esset necessaria, adhuc nullum apparet inconveniens in ea admittenda, quia tunc intellectus solum reflecteret supra actum voluntatis, non autem supra se, ut si diceret, hoc modo, malum est habere hunc actum odii Dei, per hoc enim ipsum, ut supra dictum actum voluntatis, quae reflexio omnino necessaria potest.

11. Deinde necessaria est libertas in operante, ut peccet formaliter, quae libertas non solum debet esse circa substantiam actus eliciendi, sed etiam circa circumstantias, quae deserviunt ad fundandam rationem malitiae, ob cuius defectum, qui furatur rem sacram invincibiliter ignorans hanc circumstantiam specialis consecrationis, non peccaret formaliter peccato sacrilegii, licet peccaret peccato furti, quia peccator tunc non haberet libertatem circa eam

circumstantiam

circunstantia quae penitus ignorabat, nec illa speciali malitia sacrilegii, potest imputari ad culpam ignoranti.

12. Praeterea non est necessarium, ut ego peccem formaliter, et imputabiliter, quod dictamen rationis mihi assistens reflectat expresse supra meum actum liberum voluntatis, quo formaliter pecco, nimirum, si asserendo talem actum debere mihi esse prohibitum, v.g. actum internum liberum, quo volo furari; vel asserendo, prohibitum mihi esse furtum imperatum a tali actu interno, nam sine tali dictamine potest illud tamen in contrarium non exercito homo peccat, eo enim ipso, quod ego cognoscam furtum esse a Deo prohibitum, et nihilominus libere furer, malitia ista furti peccabo. Quis enim Theologus me excusabit a peccato, ex eo quod non fecerim reflexionem ex eo quod non fecerim reflexionem supra meum actum liberum hoc modo, illud furtum est mihi prohibitum ratione huius mei actus liberi; certe ex hoc capite forte deberet excusari a peccato, ergo dicendum est, quod illa eliciente reflexione libere amplector obiectum quod cognosco esse malum, si amplecti libere obiectum quod cognosco esse malum, est formaliter peccare, et ante illam reflexionem formaliter peccabo.

13. Ista ratio efficax, quia lex prohibens, sive loquatur praecise cum operantibus libere, eo quod alia agentia non sint capacia praecepti, non tamen ut formaliter dicit, quod prohibeo tibi furtum, quod volo furari, prohibeo tibi furtum liberum, non vero necessarium, sed absolute tantum dicit, prohibeo tibi furtum, quo vero quis operetur formaliter contra legem, et consequenter formaliter peccet, sufficit si cognoscat praecise furtum esse prohibitum, et libere furetur, quin necesse sit reflectere supra ipsum actum liberum, quod si contingat aliquem inadvertenter furari, tunc ille non transgreditur formaliter legem, aut praeceptum, quod ideo potuit quia ex parte debiti non fecit, quod fuit necessarium ad transgressionem, scilicet quae formaliter ex parte prius debuerunt esse necessaria, ea vero quae ex parte prius se tenent non erant causa, quod conducunt reflexione ante actum liberum, et praeterminos, sequitur ego elicio actum liberum, et de necessario cognoscere me ante actum liberum, aut me in actu secundo velle libere operari, quoad peccandum sufficere sufficit cognitio malitiae obiecti absque reflexione supra ipsum actum liberum. Cap. 2um reiiciuntur aliorum opiniones

Cap: 2um

Reiiciuntur aliorum opiniones

1a ratio

14. 1ª Sententia, quae certe, nescio qua luce tribuit Albael[?], docet malitiam formalem peccati consistere in sola oppositione cum virtute. Sed contra est, quod antequam intelligatur virtus, peccatum in se est formaliter malum; ergo antequam intelligatur oppositio cum virtute, peccatum in se malum est formaliter. Patet haec consequentia, nam oppositio cum virtute non potest intelligi antequam intelligatur virtus; ergo si prius est, quod peccatum in se malum sit formaliter, antequam intelligatur virtus, ergo erit malum antequam intelligatur oppositio cum virtute. Hinc autem patet non posse consistere malitiam formalem peccati in tali oppositione. Et vero per illud signans, si non simpliciter esset omnis virtus, adhuc posset dari peccatum. Item si quis nullum posset elicere actum virtutis adhuc posset peccare. Et [illegible] formaliter [illegible] non curandi [illegible]: ergo antequam intelligatur virtus, peccatum in se est formaliter malum.

15. Confirmatur 1º, nam virtus, ut virtus est, et peccatum, ut peccatum est, sunt duo extrema fundantia hanc oppositionem peccati cum virtute; ergo ante eam oppositionem intelligitur peccatum constitutum in ratione peccati, ac per consequens et in ratione malitiae. Probatur antecedens; virtus et peccatum non fundant oppositionem secundum suas physicas entitates prius, sed secundum rationem peccati et virtutis, est enim ea oppositio moralis; ergo etc. Confirmatur 2º, nam prius oppositio cum virtute non dicit malitiam propriam peccati, alioquin actus oppositi consiliis evangelicis, qui semper spectant ad virtutem, essent peccata: et ita matrimonium, quod opponitur consilio servandae virginitatis, esset peccatum, quod est contra fidem.

16. 2ª Sententia [illegible] aliorum, qui malitiam formalem peccati constituunt in eo, quod sit prohibitum aut lege positiva Dei, aut saltem lege aeterna indicante, ut sunt Corduba, Almainus, Boracinus apud P. Vasquez 1ª 2ae disp. 77 capite 2º, et alii plures, sed hos omnes supra refutabimus disp. 2ª capite 2º, ubi statuimus non esse de ratione peccati oppositionem cum legibus huiusmodi; nec audiendi sunt quidam recentiores, qui hanc 2am sententiam ita exponunt, ut solummodo loquatur de ratione, aut saltem capacitate quam habet peccatum, ut prohibeatur per legem positivam, et in hac ratione vel capacitate collocant rationem formalem malitiae; nec inquam audiendi sunt, nam si loquantur prius de capacitate [illegible] quidem habent actus indifferentes [illegible], qui liberi possunt, quando propter sint peccata minora ante prohibitionem actualem; si vero loquantur de tali ratione [illegible], quod ideo peccatum est, quia [illegible],

aut

aut dignus est, ut prohibeat, ut sequitur. Dicendum quia in se habet malitiam moralem, alioquin non assignabitur ratio, quare odium Dei usque hanc prohibitionem exigat, non vero eius exercitium de ambulatio; quod ante prohibitionem exigant intelligitur tota malitia formalis peccati. Declaratur apparitate, nam amor Dei super omnia ideo dignus est, qui non prohibeat, quia in se bonus est moraliter, ergo similiter ideo odium Dei dignum est quod prohibeatur, quia in se malus moraliter est, ergo ea dignitas in ordine ad prohibitionem supponit iam actum constitutum in ratione boni, vel mali moraliter. malia+

17. 3a sententia, quam excogitavit Scotus asserit bonitatem moralem in actu consistere in integritate, et aggregatione conditionum, quae actioni morali debita sunt, e contra vero malitiam moralem consistere in defectu praedictae integritatis. Reiicitur haec opinio, quia nihil solum explicat relatis in illis terminis; fatemur enim, bonitatem consistere in eo quod actio moralis habeat, quod debet habere, ut sit moraliter bona. Et malitiam in eo, quod careat illa integritate, quam debet habere, adhuc nescimus, in quo consistat ea integritas, nam dicere quod sit in illud, quod debet habere actio, ut sit bona moraliter, dicere enim actionem esse bonam, quia habet id quod debet habere, ut sit bona, idem est, ac dicere hominem esse hominem, quia habet quod debet habere, ut sit homo, quod plane est nihil dicere, et nihil explicare. Praeterea, licet bonitas moralis consistat in praedicta integritate, et per hoc moralitas explet, adhuc falsum est, quod consistat malitia privative in defectu solius integritatis in actione differens, si quidem, carebit integritate requisita ad hoc ut sit bona moraliter, non propterea habebit malitiam moralem.

18. 4a sententia reducit totam malitiam formalem peccati ad oppositionem illius cum dictamine rationis. Ita Pater Suarez disputatione 7a de bonitate, et malitia actuum sectione 1a. Pater Tannez, disputatione 4a de peccatis, quaestione 1a, dubio 4o, et plures alii. Impugnatur haec opinio, nam licet ut committatur peccatum necesse sit, quod assistat operanti dictamen rationis, quo iudicet de malitia obiecti, quod amplectitur, adhuc tamen malitia peccati non consistit formaliter in oppositione cum tali dictamine, sed in oppositione cum natura rationali, ut inferius probabitur. Deinde, impossibile, illi actus, qui sunt contra rationis dictamen, non forent dissoni naturae rationali in genere moris, nullam haberent malitiam formalem, ergo malitia formalis illius actus consistit in ea oppositione cum rationis dictamine, sed in oppositione cum natura rationali. Itaque verum est, numquam dari dissonantiam, aut

opp

oppos cum ratione recta; nisi actus fiat contra dictamen conscientiae, qui a ex ipsis terminis patet, non posse esse malum moralitatem, aut dissonum rationi rectae ut tale, eo ipso quod exercetur, quod non iudicat malum. Hoc autem solum probat, quod actualis istius dictaminis sit necessaria conditio requisita ut sit ad peccandum, non vero quod in ipso et ex illo praecise consistat ista malitia formalis peccati.

19. Sententia sit quorundam recentiorum, qui asserunt malitiam formalem peccati consistendo esse in eo, quod actus respiciat obiectum minus praeponderans, quam eius oppositum, et egit aliter explicare aggrediuntur. Utuntur enim in actu furandi esse malum moralitatem, quia respicit possessionem pecuniae alienae, quae possessio minus praeponderat in aestimatione morali, quam eius oppositum, nempe, quod illius dominus eam retineat. Ita Sfortia in sua Theologia, libro 3° num° 46, quam publicis disputationibus Romae propugnavit sub praesidio P. Ioannis de Lugo, et eandem sententiam quibusdam recentioribus tacito nomine attribuit P. Arriaga disp. 19 de actibus humanis sectione 3a, § 1, et hic nihil addat, ut ea opinio minus obscura videatur, refertur ibidem ab eodem authore.

cap. 37

vera sententia proponitur, et probatur.

20. In hac opinionum varietate placet eligere sententiam, quam [illegible] 1a 2ae disp. 58, capite 20 num° 9°, asserentis formalem malitiam peccati consistere in actuali dissonantia actus ad normam rationalem; cui subscribunt P. Raynaldus de morali disciplina dissertatione 4a num° 253. P. Amicus disp. 32 de actibus humanis sectione 3a. P. Coninc de actibus humanis disp. 20 num° 16. P. Oviedo tract. 4° de actibus humanis, [illegible] versiculo 4o, puncto 2°, et non nulli recentiores.

21. Probat P. Oviedo hanc sententiam, quia peccatum est malum respectivum, seu malum alteri, scilicet subiecto est malum rationi rectae, seu [illegible] praeditorum, quod malitia formalis peccati consistit in dissonantia ad hoc subiectum, sicut accidit in omnibus malis respectivis; frigus enim est malum igni, quia illi dissonum est, et contrarium eius naturae; sicut calor malum est aquae, quia dissonat eius [illegible] naturae, et etiam si aqua cognosceret frigiditatem esse malum sibi, non ob hanc cognitionem calor malum consisteret, sed in ordine ad subiectum quod illi respicit, ita peccatum malum est rationi rectae, quia illi dissonum est, non vero,

quod

quaintus, seu rectam, hanc disconvenientiam cognoscat. Explicatur ulterius hanc rationem; et enim peccatum malum est propter indecentiam et difformitatem quam habet, sed haec indecentia, seu deformitas, non est res cognita, sed rationem cognitioni praedicta, non est dicimus peccatum est indecorum cognitum, sed rationem, sed cognitioni praedictum. Atque etiam peccatum se habet a alienum ab hac ratione, non cognoscitur, similiter ex peccato est difformitas in rationalis, non tamen cognitum, unde deducitur, quomodo cumque peccatum explicetur, semper exponitur eius esse disconvenientiam ad naturam rationalem, ideo in ea disconvenientia ostendenda est formalis malitia peccati.

22\. Sed licet haec ratio sufficiens huic Authori videatur, adhuc non est proposita satisfactoria; Demus enim peccatum esse malum respectivum; deinde non esse malum in istiusmodi natura rationalis, unde probatur, quod eam malitiam respectivam dicitur consistere in dissonantia ad naturam rationalem: certe potentia aliquis consistere eam dissonantiam resultare ex ipsa malitia formali, quare malitia non erat explicanda per dissonantiam praedictam; nec exemplum frigoris res igni multum videtur favere, nam id per quod frigus malum sit est respectu ignis, non debet explicari per disconvenientiam frigoris cum igne, illud enim formaliter est esse malum alicui subiecto, ac esse illi disconveniens, nec per id explicatur, aliquid amplius explicatur: quod explicatur malitia per disconvenientiam rei subiecti, sed illud debet reduci ad propriam naturam frigoris et ignis, ideo enim frigus disconveniens est igni, quia habet talis determinatam naturam, quae cum non habeat calor, non est eidem igni disconveniens.

23\. Quare, ut praemissa ratione formalia satis appareat, supponendum est, peccatum esse malum quod impendere moraliter, non in esse physico, unde est malum, quatenus est id indecens et indecorum: haec autem indecentia non respectiva est, sed respectiva in istius ordine ad naturam rationalem; hanc enim ullo modo dedecet quod quod dicitur peccatum; ideo peccatum explicandum est per hanc indecentiam naturae rationalis, sed haec indecentia nihil aliud est, quam actualis disconvenientia actus ad naturam rationalem; ideo in ea actuali disconvenientia consistit ratio formalis peccati, sive malitia illius.

24\. Dices; hanc disconvenientiam fundari in aliquo alio principio, reddenda enim est ratio, quare hic actus habeat disconvenientiam, alter vero non, vel quare desideriorum fundamenti sit disconveniens, non vero sit disconveniens eidem naturae rationali amor Dei, aut proximi. Fateor quidem praedictam disconvenientiam in aliquo principio fundari, id principium non dicitur, et id in vita peccatis. Si enim omnia peccata disconvenientia sint naturae rationali, in tamen omnia propter eandem rationem disconvenientia sunt, sed quodlibet peccatum

in

in specie dicti dissveniens est naturae rationali propter dictam rationem, furtum enim disconveniens est, quia destruit iustitiam, quae servari debet inter homines, ut unusquisque id quod suum est, secure retineat, mendacium vero, quia impedit fidelitatem, et mutuam confidentiam, quae dari debet in conversatione humana, fornicatio autem, quia cedit in damnum prolis, et est contra debitam filiorum educationem, et sic de aliis quae omnia peccata conveniunt in hoc, quod est, esse dissonantia, ac dissconvenientia naturae rationali. Et propterea in tali peccato constituenda est formaliter tota ratio peccati, et illius malitia formalis.

25. Sed iam ulterius confirmatur: praecise posita in actu disconvenientia ad naturam rationalem, ponitur, quod talis actus sit formaliter peccatum, et praecise ablata ea disconvenientia, aufertur, quod sit formaliter peccatum: ergo in praedicta disconvenientia, ad naturam rationalem constituenda est ratio formalis peccati, et eius malitia formalis. Patet consequentia ex illo apud nos evidentissimo principio circa rerum constitutionem scilicet, illud esse constitutivum rei, quo praecise posito ponitur res, et quo praecise ablato auferatur. Antecedens autem duplicem partem continet. Primo, in nostro praecise, quod actus disconveniens sit naturae rationali, deficit talis actus a debita rectitudine, quam in genere moris habere debet sed eo praecise talis actus est peccatum formaliter, ergo etc. Minor ostenditur, quia nihil aliud apud omnes intelligitur nomine formalis peccati, quam actus, aut quasi actus deficiens a debita rectitudine in genere moris: quae rectitudo solum debet respicere naturam rationalem, cum non sit excogitabilis alia ratio in ordine ad quam dicatur rectitudo: ergo eo praecise, quod actus deficiant a recto modo debita in genere moris, est formaliter peccatum. Iam vero quoad 2.am partem illius antecedentis, quia si praecise tollatur ab actu, quod sit disconveniens naturae rationali. Et quaecumque alia intelligantur, iam iste actus non erit deficiens a debita rectitudine in genere moris, sed complet intelligere peccatum formale, quod non sit deficiens a rectitudine debita in genere moris, sicut implicat actum habere debitam rectitudinem in genere moris, et adhuc esse formaliter peccatum, ut patet ex ipsis terminis; ergo si praecise tollatur ab actu, quod sit disconveniens naturae rationali, et quaecumque alia intelligantur, auferetur quod talis actus sit formaliter peccatum. Probo maiorem huius discursus. Et primo si intelligatur in actu oppositio cum lege divina, vel humana, seu cum dictamine rationis creatae, seu denique cum iudicio divino, si revera ille non esset disconveniens naturae rationali, ~~[illegible]~~

esset

esse non rationali, minime esset deficiens a rectitudine debita in genere moris, cum per nihil aliud deficiat actio moralis, quam per dissonantiam a natura rationali; ergo etc.

26\. Deinde non sufficere impossibile est, quod actus opponatur formaliter cum lege divina, vel humana, seu cum dictamine rationis creatae, vel iudicio divino, quin talis actus sit formaliter peccatum, idemque ex eo provenit, quod non possit dari talis oppositio formalis cum predictis tribus, nisi actus sit disconveniens naturae rationali, si enim predicta oppositio posset formaliter dari absque ea disconvenientia, utique adhuc posita ea oppositione, actus non esset formaliter peccatum. Probatur vero quod non possit dari ea oppositio formalis absque predicta disconvenientia, et quia lex, sive humana sive divina, non transgreditur formaliter, nisi per actum oppositum in iis circumstantiis in quibus disconveniens est naturae rationali, et autem hoc modo disconveniens, quando adest dictamen iudicans prohibitum actum transgredi predictam legem, nostra lex sit rationalis, non potest formaliter obligare, nisi illa, qui indicat se transgredi legem per suum actum; alioqui transgressio solum erit materialis, ut si quis libere omitteret auditionem sacri in die festo, iudicans invincibiliter eum diem non esse festum, idemque dicendum est de iudicio divino, a quo potest quis solum materialiter deviare absque ullo formali peccato. Itaque ille solus est actus disconveniens est naturae rationali, in quem fertur libere voluntas, precognita eius malitia.

Cap. 4um.

Argumentorum Solutio.

27\. Obiicies 1°: malitia peccati debet desumi ex dissonantia ad suam regulam moralium actionum, sed natura rationalis creata non est sua regula moralium actionum; ergo malitia peccati non debet desumi ex dissonantia ad naturam rationalem creatam. Maior videtur supponi, minor probatur, quia natura rationalis creata est deflectibilis; ergo non est sua regula moralium actionum, haec enim debet esse indeflectibilis, ut alia per ipsam regulari queant. Confirmatur; quia ille actus homo creato appetere gloriam humanam, est peccaminosus, et ipse disconveniens est naturae rationali, cum id appetere solum naturae rationali conveniat; ergo ratio peccati non consistit in dissonantia ad

ad nostram rationalem.

28. Respondeo negando minorem, natura enim rationalis est regula creata suarum actionum in ordine ad quas hec regulari debent. Nec obstat quod predicta natura sit defectibilis, quoad suum exercitium saltem indefectibilis est quoad praxim connexionis et quoad moralem oppositionem peccati, semper enim verum est etiam nunc existente natura, quod ipsi dedeceat perjurium, furtum et quodcumque aliud peccatum, quod satis est, ut possit esse regula creata moralium actionum, nec videtur cur requirat alia indefectibilitatem, ad rationem regulae per quam debeat mensurari bonitas, aut malitia naturarum actionum. Ratio a priori est, natura divina dicitur regula increata scilicet in ordine caritatis, quatenus est causa omnium regularum creatarum, a qua omnes suas participant conformitates, omissa maiori, distinguenda est minor, illa actio est conveniens naturae rationali, id est, potest cadere in naturam rationalem, concedo minorem, convenienter naturae rationali, id est, illi debitum, ac decens, nego minorem. Quod omne ens est naturae rationali, id est, illi debitum ac decens, nego minorem. Peccatum etiam disconvenientissimum, potest dici conveniens naturae rationali, hoc est, cadens in naturam rationalem, quis autem ex hoc capite dicat illud esse decens, et conformitatem rationi.

29. Obiicies 2º, aliqua dantur peccata, quae ex eo talia sunt, quod fiant contra legem positivam, ut comestio carnis die quadragesimae, ergo huiusmodi peccatorum malitia non consistit in actuali dissonantia ad naturam rationalem, sed in dissonantia ad legem. Confirmatur, nam si quis ex errore iudicaret aliquem actum esse contra legem divinam, sive praecipientem, sive prohibentem, sed quod iudicaret esse conformem rationalis naturae, teneretur se conformare legi divinae, potius quam exigentiae naturae rationalis, ergo lex divina est regula moralium actionum, non vero natura rationalis.

30 Respondeo comestionem carnis in quadragesima, secundum se attentam, neque dicere positivam malitiam, neque bonitatem, sive eam concernit ut prohibita per legem positivam, dicit malitiam quando est talis. Et hec desumit in ordine ad prohibitionem. Unde fit, quod talis prohibitio sit in causa ut ipsa comestio dedeceat naturam rationalem, quae alioquin non dedeceret secundum se attentam

nam

nos ex ipsis terminis patet, quod comedere carnes porcinas, non sit indecorum rationi

rationis praeditis, cum tamen maxime indecorum sit eas comedere, quando sunt

prohibitae; efficere enim id quod fuerit prohibitum, dissonat absque dubio

rationi; hinc est, quod etiam praedictae species desumant suam malitiam

formalem ex actuali disconvenientia cum dicta norma rationali; et haec disconvenientia tandem

fundetur, non in ipsa substantia actus, sed in circunstantia prohibitionis extrinsecae,

quae ad eius praesentiam reflectit. Casus de contractionis valde difficilis est

in praxi; quis enim sana ratione utens poterit iudicare esse contra exigentiam

naturae rationalis, id, quod indicat esse contra legem divinam, scilicet demonstrata

? aliud dictamen

contingere quod, quod sit de potestate huius conscientiae, si praecedat homo, per aliud dictamen

reflexum, iudicet, non adstante lege divina, quod istum exigentia rationalis non, tunc te-

neretur se conformare legi divinae, nec aliquid aget contra exigentiam non, cum ex ipso

expat praedicto conformitatis in illis circunstantiis; si autem malum dictamen reflexum

illi assistat, quod difficile admodum est, tenebitur se conformare exigentiae rationalis,

quia tunc, habens ille error facit, quod non sit consentaneum rationi subillis cir-

cunstantiis, obedire legi divinae. Ratio est, quia si contraxerit legi, deviaret a

recta ratione advertenter, quod est committere malum moraliter, efficeret enim

quod iudicabat non debere fieri contra rectam rationem.

31. Obiicies 3o, idem actus aliquando est malus moraliter, et

aliquando bonus, aut indifferens, ergo natura rationalis non potest esse regula, per

quam mensuretur malitia, et bonitas actuum moralium. Respondeo concedendo, non nego haec natura

semper est eadem, quoad suam praeratam essentiam, si autem ipsa esset regula, non posset

idem actus tum bonum, tum malum moraliter, evadere. Consequentiam autem probo,

quia homicidium verbi gratia patratum cum errore invincibili, quo aliquis iudicaret

esse honestum, esset bonum moraliter, aut saltem indifferens; verum autem contra

patrat, cum debita cognitione illius malitiae, est malum moraliter, ergo etc.

32. Confirmatur, quia contra rationem, quae uni homini licent, eo

ipso licent alteri, et omnibus; iudex enim licite punit etiam capitis

poena, delinquentes, quos non potest punire privatus alter homo; ergo natura rationalis

nequit esse regula moralitatis actionum. Respondeo concedendo, quia haec natura

equalis est in omnibus hominibus, ac proinde aequaliter omnes obligare debet.

Ad

33. Ad dinandum ansi si loquar de eodem morali actu, sive de actu sub eisdem omnino circumstantiis, non de diversis, et eisdem circumstantiis affectus, aut semper est bonus moraliter, aut semper moraliter malus: Unde homicidium patratum sub errore invincibili circa alius honestatem, semper exit moraliter bonum; factum vero sub debita cognitione propriae malitiae, semper exit moraliter malum, quia non sunt eadem homicidia sub utrisque circumstantiis unus, et idem actus, quod clude longe dixi in consideratione morali, quod quomodo mirum, quod invariata regula, per quam mensurantur unus actus sit bonus, alter vero malus, si propter diversas circumstantias, alter declinat a regula, alter vero cum illa aequat. Causam solvat argumentum de eodem actu secundum esse physicum, omitto actum, et non causam. Ideo, quia lumen rationis ut regula non mensurat actum, secundum esse physicum, sed secundum esse morale: Unde licet actus non variet secundum esse physicum, poterit tamen esse conformis, tamen difformis tali morali, quin ad hoc necesse sit, quod ipsa regula variet, dummodo varient circumstantiae, his enim variatis, tamen diversificant moraliter actus, et contra variant mensurabilia, et ex duobus mensurabilibus optime potest unum esse conforme, et alterum difforme eidem omnino regulae; idem fere dicendum est ad confirmationem, non enim rationalis aequalis est in omnibus hominibus, et aequaliter obligat omnes sub eisdem circumstantiis: quae, quia diversae sunt in iudice, ac in hoc privato nempe Petro, propterea iudex potest licite punire delinquentes, Petrus vero non, at si ponatur in eo ancta potestas iudiciaria, idem ei licebit.

34. Obiies 4° ipotest aliqua actio libera esse dissona rationali, et talis existimari, quin sit formaliter peccatum; ergo non constituit malitiam formalis peccati in dissonantia ad normam rationalem. Consequentia est evidens. Antecedens probatur, nam si quis iudicaret duo extrema opposita esse dissona rationali, et illicita, ut dare operam in parte actione valde rudi, qui iudicaret dissonum esse rationali, non audire sacrum in die festo, et tamen dissonum esse debere, quas deputavit deserere in illis circumstantiis, ille, inquam, omittens auditionem sacri non peccaret formaliter, cum obidem esset reprehensione dignus, sed pareret adhuc omisso sacri dissonum rationi iudicando illos dissonum esse; ergo potest actio aliqua libera esse dissonantia rationali, et iudicari ut talis, quin sit formaliter peccatum. Ad dimprimis hanc obiectionem quae

Quo

3° quantumque sol pugnare, imo verius 3a nullus, nec hec difficultas independens est ab electione in hoc, aut in illo prato consistat ratio formalis peccati; asserit enim iste rusticus iudicare ista duo extrema opposita equaliter esse peccaminosa, sive in hoc, sive in illo consistat ratio peccati, etc. unus quisque Doctor etc. suam sententiam tenebit predictas difficultates vere.

35. Ut ergo ad solutionem directe veniamus, advertendum est duplicem circumferri opinionem circa predictum casum illius Pastoris; altera existimat illum formaliter peccaturum, sive hanc, sive illam partem elligat, hoc est, sive Sacrum omittat, sive oves, sibi commissas, ob auditionem Sacri relinquat, quia operaretur contra dictamen rationis indicans illam partem, quam elegit, esse peccaminosam. Ita P. Granado cum aliis, et iuxta hanc opinionem nihil nocet nobis solutio, ut patet, non enim assignatur actio, que sit contra normam rationalem, et non sit peccaminosa formaliter. 2a opinio omnino se gerit cum predicto homine, asserit enim minime peccaturum, quamcunque partem eligat, ob defectum libertatis necessario requisite ad imputabilitatem illius actus, quia licet habeat libertatem quoad electionem, huius, vel illius partis, non tamen habet libertatem quoad vitandam illam malitiam, quam aprehendit, quia hec equalis est in utroque actu. Vere enim ille Pastor non potest non amplecti malitiam illam aprehensam, cum non possit se ab utroque actu eximere, sed necessarium est, ut unum e duobus interponat, et iuxta hanc opinionem facile etiam solvitur solutio, dicendum est enim, tunc omissionem Sacri non esse dissonam normae rationali, licet per errorem talis iudicetur, quia norma rationalis non dissonat amplecti, quod iudicat esse malum, quando non datur libertas ad illud fugiendum, ut vere non haberet in isto homine ab predictis circumstantiis.

36. Obiicies 2° authoritatem Divi Thome, qui 1a 2e questione 18 articulo 5° docet malitiam moralem actionum debere sumi ex dissonantia ad rectam rationem his verbis: in actibus vero bonum et malum ~~sumitur~~ dicitur per comparationem ad rationem, quia ut Dionisius dicit capite 4° de Divinis nominibus, bonum hominis est secundum rationem esse, malum autem, quod est preter rationem. Sed nomine rationis ibi non intelligit normam rationalem, sed dictamen intrinsecum conscientie; ~~[illegible]~~ ergo ratio formalis malitie in actibus ~~[illegible]~~ quod ex Divo Thoma et Dionisio ratio formalis malitie non consistit in dissonantia ad normam rationalem, sed in dissonantia ad dictamen conscientie. Constat 1° in eo consistit, quod actus sit dissonus dictamini conscientie, est malum moraliter,

et

et formaliter peccati, ac reprehensione digni; ergo non dissonantia ad hoc dictamen desumenda est malitia peccati. Confirmatur 2º in actionibus, quae regulantur per aliquam regulam, eatenus sunt malae, quatenus a tali regula deficiunt, sed actiones humanae regulantur per dictamen rationis, ergo latentes erunt malae moraliter, quatenus deficiunt ab illo dictamine, ac proinde in eius dissonantia consistit formalis moralis earum actionum.

37. Resp. Divus Thomas, et Dionisius imprimis ita posse explicari, ut nomine rationis intelligant normam rationalem. quare eorum testimonia intelligi debent de conscientiae dictamine, quod eadem proprietate est dictamen conscientiae, quod non rationalis possit signari hoc nomine rationis. Deinde si Angelicus Doctor, aut Sanctus Dionisius expresse loqueretur de dictamine conscientiae, adhuc nobis non adversaretur, quia in dissonantia ad normam rationalem in qua nos ostendimus malitiam moralem peccati, includitur etiam oppositio cum dictamine conscientiae, tamquam cum regula demonstrante, quod sit talis normae rationali dissonantia, ut enim malitia actus vera dissonantia sit normae rationali, necessarium est, quod formaliter advertentia malitiae, quam praestat dictamen conscientiae assistens peccatori dum peccat, ac proinde necessarium est, ut ab illo differt, dum committit actiones moraliter malas, et dissonantiam normae rationali. Ad 1um confirmationis narrari poterat amens, ut patet in exemplo nuper allato illius Pastoris, cuius actus dissonus esset dictamini conscientiae, et non esset formaliter malus ob defectum libertatis circa malitiam, quae etiam ob eundem defectum non esset dissonantia normae rationali, sed si amavis disquendans, est ille actus moraliter malus, primo quia differat a dictamine non actus, quia ex differentia a tali dictamine resultat quod dissonet normae rationali concedo actus, et non contra. Ad 2um confirmationis dico, actiones humanas non regulari per dictamen conscientiae, tamquam per regulam proximam et ultimam, sed solummodo tamquam per indicium demonstrans, quae nam actiones sint contra normam rationalem, quae est ultima, et propria regula humanarum actionum.

Cap. 5um

Ex dictis eruitur methaphysica definitio peccati

38. Ex dictis in hac sua dispositione colligenda est methaphysica definitio peccati, in qua assignanda non parum laborant Doctores. Aliqui absque nulla exceptione admittunt celeberrimam, ac pene vulgarem definitionem, quam tradidit Sanctus Augustinus tomo 6º Lib. [illegible] 22 contra Faustum, his verbis: dictum, factum, vel concupitum contra legem aeternam. Sed ea a nobis admitti non potest, ut exacte

el

et quiddativa deffid pecci, ij huiuj mali j fral supra Istuendima, n per ordinj ad aliquā Legem. S. per dissoniā adnos roale. Dicendy q e ibi deffiniri ab Augustino pecc, secundy, q magis notā e Vulgaris hoib, hotis enim in Scholis versatim n versati. Exinde pecc agnoscunt, q sit qa Legem Dei, quaprop solū appellanda e aptā quid descriptio quā exacta definitio. Alij predictaj deff reiiciunt, exeo q tradatur disiunctij, q vitiū in deffitionibus vitari debet. Ita P. Obiedo, tractatu 2o de peccatis, puncto 2o, qui predictaj deffitionē ita excudit, factā qa Legē Dei, nomine enim facti Iprehendunt etiā verbo, et desideria interna, que etiā proprie fiunt. S. ut alia omittā, miror, q hic Doctor modo deffiniat pecc p ordinē ad legem Dei, cū ipse 4o de actib humanis 3o versia 4o puncto 2o, late Itendit, ros frals pecci Istuendā ee, n in opps ad Legem Dei ptem, sive indicanti, sive prohibenti, s in dissona adnos roali. Certe si rectam hac Isicht de fral pecci, per eā dissonā, illud methaphe deffiri debebat, Propterea illa deffitionē venit suas omissioni Libere peccaminose, quā poss etiā admittit P. Obiedo, ea enim nonē factū aliquod qa Legem Dei, s potiā natio facti.

39 Nec mtm displicet quid Recentioris Magister, qui postq alias deffoes reiecit, exeo quod erant disiuncto, hanc nihilominus re Libere excogitavit, nempe, pecc e, Libaris usus dissentaneo in genere moris reali, q nimirum ipse n vitat disiuncto, s dissimulat, quasi minus vitiosū esset in deffoe dissimulatam, quā expressā. Etenim hoe recentiore Iprehendit, sub noine Usus Libaris, tā actus Liberi quam omissio pura Libera actus, ut Iprehendat sua deffoe n solū pecc Imissionis, s secundā omissionis puras peccaminosas, ut ipse fatet. Unde si rogemus quid sit Usus Libaris, tandē hic author debet recurrere ad apertum disiuncto asserendo Usū Libaris ee L. q ductionē actus, L. omissionē, illā in Exercitiis, in quib eā ūlas poss operari, et non operari ad hue pontij oīb antib ad operandū. Ecce evolvit disiuncto, quā sub illa deffoe latebat, q hic author n vitat in sua deffoe, id, q in aliorū deffitionib vitiū reputas erat. Propterea displicet ea deffo, exeo, q superfluitatis. Dei, n ee opus, e, q aliq sit dissonā ad roali in genere moris, debere ee, L. actus, L. omissio actus Libare exercita. Igit superflua e in deffoe pecci ponere Libarij exercitē, et sub dissona adnos roalem in genere moris. Propterea, quia iā in sola dissonā in genere moris sufficienter explata erat Libertas. Praeterea q dissonia

pecci

pecci adnos roalem, n'e aliquaoq. 2. 9a rietas obiecti illius, ut talis na

lis. S. solumodo moralis, qualis dedecet nos roales idio e pecc, i. S. solum

hocmo dedecet, q. fit cu libate, quo eo psse, q. aliquid sit dissonum roali

ingenere moris, debet fieri cu libertate.

40\. Antequam nros deffitiones statuamus, notandum imprimis

e, debere inpresenti deffitione pecci incli, itaq. oia oio pecca subse

deffo. Unde si polis e pura omissio lbe, etiam huic debet dvenire deffio pec-

cati. Deinde notandum e n in nostra deffinitione vitari posse disiunctio, imo ne-

rium e illud admittere, quando n definit aliquid proprie univocu, nos

equivoca, n possunt cphendi sub una deffone, nisi illa sit disiva, que pro-

inde dicitur essar expleri sub isto disiuncto, quapropt ut absq disiunctione

deffiantur, necesse e, q. prius equivoca dividantur in sua membra, et postea unu-

quodq deffinire seorsim absq ulla disiunctione, quia tunc quodlibet ex

illis equivocis separatim univocum e ad suum inferiora, ac proinde de-

finiri debet absq ullo disiuncto. Denique noto peccum secundum ee phicum n

venire univoce, nos aliqua pecca sunt actiones reales phice oductae, alia vero pure

omissiones, seu nationes actionum, S. int entia nativa, et pccda n po dari dvenia

univoca, gonee d int oia oio pecca secundum ee phicum, poe dari eiusdi dvenia.

41\. Dices: oia pecca, tam dmissionis q omissionis

pure dveniunt univoce in hoc, q. e dissonare re roali ingenere moris; diximus

enim malitia frale peccum tota in dissona dsistere, q cum oia pecca debeant d-

venire in malitia frali, etiam debent dvenire in dissona dissonam. D. q., n e,

q. ill. q. denoat peccum, sit aliq actio aliqua phica, et realis, aliq vero sit n

actio realis, s. mera omissio actionis. Pt, quia etiam ex debitis aliqua sunt entia

pive, et realia, aliqua vo dutaxat nativa, S. hoc n obstat quominus oia debita

dveniant univoce, in hoc, q. e trare cognom, ponec obstabit ad dvenire univoce

peccorum, q. aliq pecca sint actiones reales, aliqua vero pure omissiones.

42\. Ad eoi mem loquimur, de frali libo, quae actiones,

aut quasi actiones libe denoat peccaminosas, modo enim n intendimus talem

fus deffire, ut separatim dixeris eo ee dissonas ad nos roales ingenere moris, s.

loqui de illo subto q. denoat peccu, q talis flos, huiusdi tre subty n e nec q.

univoca phice, ut patet, nos alia fr sub illa voce signata actio posee, aliquando solu

natio, s. illa vox, sicuti vox signat totens ohitas, n n signatio n poe ee univoca

quo vox, quae signat omnia ista substantia, quae denotant peccata (et quae proinde aliquando sunt entia physica, aliquando moralia) non potest esse vox univoca.
Idem dicendum de exemplo doctoris allato in obliquo, et de illis aliis, quae possent afferri, nempe cognoscibile, amabile etc., nam licet supradictorum denotationum conveniant in aliqua ratione univoca, at substantia ipsa denotata non possunt fieri eiusdem rationis, nam aliquando est verum ens, quod denotat obiectum aut cognoscibile, aliquando non est verum ens, quod denotat obiectum aut cognoscibile, scilicet mera chimaera, aut impossibile, sicut vera et ficta etiam scilicet cognitio solet denotare praedicta substantia.
43. Itaque licet ea omnia obiecta conveniant in forma, per quam denotant, non tamen conveniunt in ipsa entitate et quidditate, quam unumquodque obiectum in se habet. Hinc est, quod vox ista cognoscibile, et idem dic de aliis similibus, secundum id, quod signat in recto est aequivoca, et secundum quod signat in obliquo est univoca; in recto enim signat omnia entia tam positiva, quam negativa, quae inter se non possunt univoce convenire; in obliquo autem signat vero physicas cognitiones, quae univoca est in omnibus obiectis. Ista ergo quod debet similiter hanc vocem peccati secundum quod afferunt in recto esse aequivocam (licet quoad sit de illo, quod afferunt in obliquo) nam in recto signat omnia ista substantia, quae denotant peccata, quaeque cum his alia sint entia positiva, alia negativa, inde est, quod vox peccatum non sit univoca secundum, quod affert in recto.
44. Ex dictis colligo, manifeste non posse definiri peccatum per aliquam vocem univocam, quae signet in recto omnia omnino substantia, quae dicunt peccatum. Patet collectio ex dictis, quia impossibile est vox univoca, quae sub se comprehendat entia positiva et negativa, cum ab his nequeat abstrahi ratio aliqua communis; sed vox signans omnia substantia, quae denotant peccata, eo ipso comprehendit sub se entia omnia positiva et negativa, ergo talis vox nequit esse univoca. Superest ergo, quod peccatum debeat definiri, vel per simplicem vocem aequivocam, vel per duas voces sub disiunctione allatas, quarum una signet substantia negativa, altera vero signet substantia positiva; quae disiunctio nihil aliud praestat, quam explanare, ac detegere latentem aequivocationem, quae erat in simplici voce, ac proinde clariorem reddere definitionem, quae tradat per disiunctionem ex duabus vocibus praedictis, quam si traderet per simplicem vocem aequivocam.
45. + Sic ergo definiendum existimo peccatum, est actio, vel illius omissio dissona rationi regulae morum. + Sic ergo Talis definitio habebit expressum suum rectum de ipsis definitis. Itaque peccatum dicit actio, vel omissio illa, ut comprehendat
tam

9. Obiicit sibi P. Arriaga posse Deum per condonationem extrinsece tollere totum peccatum: ergo poterit mortale remittere, ut quidem ille illud relinquat in ratione solius venialis: ergo peccatum mortale per non imputationem posse fieri veniale. Cui respondet ipse, nando, tam duplici ratione, sequitur condonatio non est non imputatio. Sed vera absolute fieri, quod mihi certum omnino est; quia illa condonatio fiat post peccatum commissum, non potius supponit esse imputatum, aut imputatum sibi nunquam auferendum tendit condonatio; nec enim ratione auferunt alia peccata, quae ab haereticis dicuntur imputabilia. Itaque illa condonatio spectat ad commissionem peccati. Et talis quisque rex in quo disputant eadem, tum peccatum quod dimittit, non erit esse fas talis Dei; quia Deus ex ipsa non offendet illo peccato, neque odio habebit peccatorem propter illud, cum antea cesserit iuri ad odium, quod ex illo peccato resultaret, nisi huic iuri renunciasset, esset tamen esset radicaliter, idest, actio quantum est de se prohibens finem Deo actualissimum odium contra peccatorem, quod in facto inclusum esset, si Deus antea suo iuri non renunciasset. Tum hoc sensu posset dici illud peccatum non imputari ad poenam; et adhuc esset peccatum grave, quia gravis dissonantia rationali in genere moris.

10. Quod addit eam condonationem, quasi dimidiatam repugnare, quia cum in peccato mortali sit duplex ratio malitiae una mortalis, alia venialis, aut una pars, quae ex suspensione alterius dicatur mortalis. Sed una plane indivisibilis malitia, quae est mortalis fit, ut Deus debeat illam totam per condonationem extinguere, sed totam integre relinquere, sicut non

poe

poe diminuere esse hois, usq. dum fiat brutum, aut lapis. Sed debet oio eum destruere, vel relinquere integrum. Plura displicent in hac 2a resione. Et 1o non video, cur non possit Deus condonare offensam mortalem, cedendo iuri ad grave odium, retinendo tantum ius ad levem displicentiam de illo pecco, sicut creditor pro libito suo poe remittere vel ex parte, vel ex toto id, quod sibi debetur, aut remittere maiorem partem debiti, et remissa minori, nec cum materia mortalis sit una indivisibilis materia non probat esse indivisibile ius, quod ex illa Deo acquirit ad displicentiam de pecco. Sed ipsa huius Doctoris, sicut eadem indivisibilis materia pecci fundet ius ad odium et ad poenam, hoc ius divisibile est, et poe Deus renuntiare iuri ad odium, retento sibi iure ad poenam, et e contra. Si ergo ipsum ius ad displicentiam divisibile est quare Deus non possit ex parte cedere tali iuri, et ex parte non cedere? Insuper eveniet sicut pecco, vel radicaliter, vel quantum est ex se fundaret ius ad gravem offensionem, in re ipsa, et formaliter Deus non offenderet, nisi leviter ex illo pecco. Et sane ex ipsis terminis videtur implicare, quod possit Deus oio non offendi aliquo peccato ex se, et radicaliter gravi, et non possit leviter tamen offendi.

11 2o: exemplum de hois esse nihil convincit, loquitur esse bruti, aut lapidis non continet intra esse hois, ac proinde, licet esse hois sit indivisibile esset realiter, adhuc non posset diminui, usque dum fieret brutum, aut lapis. 2o, quia ea diminutio esse hois debebat fieri per destructionem unius gradus, et retentionem alterius, quod cum illo idem sit, cum autem hoc impossibile sit, inde est, quod etiam sit impossibilis praedicta diminutio esse, at vero, ut condonet peccatum mortale quoad rationem formalis offensae gravis, et relinquat quoad rationem offensae levis, non est necesse, quod fiat illa disiunctio duplicis gradus identificati. Sed sufficit, quod Deus cedat iuri ad odium, vel displicentiam gravem, retineat tantum ius ad levem aliquam displicentiam de illo pecco gravi, quod optime poe facere, sicut poe oio suo iuri renunciare. Si autem hoc concedamus Doctori, adhuc nihil favet sibi, aut erroribus haereticorum, quia falsum oio est, et contra Catholicorum sententiam Deum de facto ita se gerere cum peccatoribus.

12. Huic 4o haereticorum errori valde affinis est quidam

aliorum ex catholicis opinio quam tenent Gerson 3a p. operum Tract. de vita spirituali lectione 1a Alfabeto 62, Almainus tract. 3o morali capite 20 Roffensis art.o 34 contra Lutherum, et novissime Michael Baius ut constat ex Bullis Pij V, et Gregorij XIII contra ipsum expeditis, asserit quod haec opinio non dari peccata venialia ex natura sua sed solum ex benignitate, aut ordinatione divina, quamvis loquendo, ne prorsus coincidat cum praesenti hereticorum errore, ita explicatur a P. Arrubal, ut intendat actiones omnes moralis malas esse capaces malitiae mortalis, si Deus antequam illas committeremus non dixisset, nolo, ut talis actio peccatum mortale sit, qua supposita Dei ordinatione, nos deinde talem actionem committentes reipsa non peccamus mortaliter, neque damnamur a Deo grave sentire ad odium. Unde non quia non imputet, dicimus non peccasse mortaliter, sed quia antea moraliter esse quam gravem fecit levem sua voluntate, postea autem nos leviter peccamus reipsa, neque illa actio, si Deus vellet posset imputari nobis, tamquam grave peccatum. Haec est explicatio P. Arruba in favorem predictae opinionis, ex qua satis patet non omnino venire cum hereticis.

13. Nihilominus haec opinio etiam post benignam explicationem contra explodit, ab omnibus alijs catholicis. Primo impugnat P. Suarez quia Theologi omnes, et Patres supponunt aliqua peccata esse venialia. Item disputant, quaenam illa sint, quae vero mortalia: ergo dixerunt sint peccatum mortale, et veniale non posse provenire ex sola Dei benignitate. Praeterea quia alioqui prius deberent habere revelationem illius benignitatis, ratione cuius cognoscerent, quod Deus acceptavit haec peccata pro mortalibus, illa vero tamen pro venialibus. Immo ultimo ipsi hanc revelationem deberemus habere, ut mendacium vero officiosum a nobis commissum, esset tamen peccatum veniale: quod aperte fallere, nos posse si rogemur. Unde scimus mendacium officiosum esse peccatum veniale, furtum vero mortale, non possumus recurrere ad revelationem

de

de benignitate Dei, sed ad iustitiam eminentialem, quae dictat ex quo dissonum esse rationali in mendatio officiosa, tenuorem vero iniustitia.

14 Quod impugnatur ex Bullis Pii V. et Gregorii XIII, in quibus damnantur hi articuli Baii: nempe nullum esse peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum mereri poenam aeternam. Si autem dantur aliqua peccata ex natura sua venialia, per hanc definitionem quae differant inter mortale, et veniale non provenit ex sola benignitate Dei, quomodocumque haec doctrina explicetur. Mitto alia Patrum testimonia quae hic afferri solent a recentioribus, tum quia non necessaria ad huius opinionis refutationem, tum etiam quia solum videntur docere de facto aliqua esse peccata venialia, quod nec ipsi heretici negant. Utrum autem id proveniat ex ipsorum natura, an vero extrinseca Dei benignitate Sancti Patres non clare disponunt.

CAP. 2um.

Veritas Catholica et obiectionum solutio.

15 Ex dictis quoad constat quae nostra Catholicae sententiae dicenda sit circa praesentem divisionem peccati in mortale, et veniale. Tandem tenemus itaque quod de facto dantur peccata mortalia, et aliqua venialia, tam inter praedestinatos, quam inter reprobos, in quibus proxime abstrahendo a divina dimissione, ita dimittentis. Item posse dari venialia absque ulla ignorantia, vel passione, sicut et posse dari mortalia, quae fiant ex ignorantia, et passione, etiamsi quamvis non sint contra fidem, ac denique peccata venialia talia esse ex natura sua independenter a non imputatione, aut benignitate Dei, quae doctrina directe opponitur erroribus supra refutatis, ex quibus impugnatio, tum praemissis satis probata manet, et amplius stabilitur ex argumentorum solutione.

16 Obiiciunt primo aliqua Scriptura testimonia in quibus de peccato in communi dicitur, quod causat mortem, Ezechielis 18, dicitur: qui peccaverit, ipse morietur. Rursus Mathei, 5o,

qui

qui solverit unum de mandatis istis minimis, et minimus
vocabitur in regno Glorie. Sed haec loca, et similia, ut optime no-
tat Arriaga, si quid probant, sane probant nimium, et sic ipsos
adversarios, scilicet de facto nulla esse venialia, quia de facto
ipso loquuntur sibi, et Propheta, et Christus Dominus, et homines
adversarii non admittunt, qui de facto dedunt plura esse
peccata venialia. Respondeo, peccata absolute usurpari pro
famosiori, idest, pro mortali, et de his locutus est Propheta
ibi, locucautem Matheus data explat, et quidem Glosa
supponit transgressionem illius legis, de qua Dominus loquitur, esse
mortalem, et minimum in illo damnatum, seu probabilius est
minimum in regno Glorie non in illis damnatum, sed praedestina-
tum, ita ut sensus sit, qui non curat ea, non faciet regnum Glorie
quod veniat, erit extra regnum. Quae explicatio non adversarii favet.
17 Obiit 2° peccatum quod libet offendit infinitam
Dei Maiestatem: ergo quodlibet est mortale. Confirmatur, non ali-
qui Patres vehementer exagerant peccata etiam minima,
et quae ceteri appellant venialia, eaque quasi damnagero
ssa esse pronunciant: ergo sentiunt talia esse mortalia,
alioqui foret vana, et inutilis exageratio. Respondeo dis[tinguendo] quod
ante: offendit infinitam Maiestatem Dei graviter, nego ante;
offendit saltem leviter, concedo ante; et omissa absolute
ante, nego conseq[uentiam], et ratio Regia, seu Imperatoria Dignitas, cum
sitint homines supremo poterunt leviter offendi, quae
propterea offenden sunt curat Imperatoris inimicitiam. Ad
confirmationem dico, Patres sufferentes dis fecere illa peccata a
mortalibus, eo ipso quod illa apellent venialia; unde
potius pro nobis sunt. Illorum autem exageratio non est vana
quia licet venialia sint, maxime opportet illa vitare,
tum, quia paulatim ad mortale, quod est summum malum disponere

solent

soluunt, et quia ab usu temporis malum sentiunt omnia mala physica.

18. Obiic. 3o: peccare, nihil aliud est, quam a linea rectitudinis deflectere, sed hic deflexus est indivisibilis, ac proinde in omnibus peccatis aequalis, ergo omnia peccata sunt aequalia, atque adeo non datur divisio mortalis, et venialis. Confirmatur: non peccare, actionem, aut omissionem ponere, quae non habeat conformitatem cum ratione, sed hoc nativum, aut exclusivum, aequale est in omnibus peccatis, ergo et omnia peccata sunt aequalia. Resp. concesso, omissa maiori, negando minorem; quia sicut carentia rectitudinis invenitur tam in physicis, quam in moralibus, etenim sicut potest detrahi a linea physica, potest quis magis, aut minus declinare corporaliter, quando recedit a recta mediali, ita potest ab una regula morali, magis, aut minus deflectere, et longius recedit a regula iustitiae, quicumque ferat, quam qui deviat modicum. Unde non dicit ratio, ad confirmationem solutionem reddi in omni peccato esse perinde eius difformitatem, aut non conformitatem cum ratione, et hanc posse esse valde inaequalem, non conformitas enim nihil aliud est, quam dissonantiam ingenerare moralem ad normam rationis, potest una actio magis dissonare normae rationis, quam alia ingenerare morem, ut experientia patet.

19 Obiic. 4o; peccatum veniale potest aliquando non remitti, imo et de facto secundum doctrinam Theologorum, multa peccata venialia in inferno non remittunt, quoad culpam: ergo omnia peccata esse sunt mortalia. Confirmatur 1o, quia poena pro venialibus in inferno infertur: ergo illud esse mortale est. Confirmatur 2o, non quia istis peccatum in Deum offensa spectat quae Persona offensa, quae est Deus infinitus, sed ex hoc capite peccatum mortale est dignum poena aeterna: ergo etiam veniale erit dignum poena aeterna, ac proinde esse erit mortale. Confirmatur 3o, quia nullus purus homo potest satisfacere pro peccato veniali, quia semper manet in Deo offenso, et extendit satisfactionem maiorem, et magis pro illo, atque adeo infinitam, quomodo aut exit peccatum ad delere, + quod satisfactionis infinitae requiritur. Confirmatur 4o, non eligibilior est servitus poena aeterna, quam minima culpa, ergo est etiam in minima culpa reperiri.

Moral.

repetit maior malitia, quo non possit expiari quavis gravissima poena.

20. Dices, si peccatum veniale, numquam remitteretur, adhuc non esset mortale; sed maneret intra limites venialis. Resp. non esse [illegible], quia licet vox veniale denotare videatur remissionem, seu veniam, et ideo dicitur veniale, quia facile veniam obtinere potest, haec enim potius est descriptio, quam definitio peccati venialis desumpta ex eo quod communiter contingit. Dicitur autem proprie veniale, quia nec poenam aeternam meretur, nec causat inimicitiam cum Deo, hinc est, quod etiamsi Deus per aeternitatem non remitteret suum peccatum veniale, adhuc posset per aeternitatem manere verus amicus Dei, quod non habet peccatum mortale; quod independenter a remissione, peccatum veniale, et mortale habent longe diversos effectus, ratione quorum maxime distinguuntur inter se; omnibus [illegible] nondum est [illegible], quia licet semper in damnatis maneat peccatum veniale, ab hoc non sequitur obligationem inimicitiae Dei, quae incurritur per solum mortale. Quod vero ponitur, quod etsi numquam remittatur veniale, adhuc esset ex se satis remissibile, quam mortale, cum Deus magis propendeat ad remittendum illud propter eius levitatem.

21. Ad 1.um in contrarium, disparitas est, quia Deus venialibus puniret in [illegible] desiderato dominio Dei concedo antecedens, quod ratione eius potest innocens non peccatum torqueri, potest puniri propria poena, nego. Ad 2.um in contrarium, distinguendo maiorem, specificatur a quantitate offensae, nego maiorem, specificatur magis, concedo maiorem; unde non deberi minorem, quod peccatum mortale, non est ex eo quod digna poena aeterna, quod Deus per se offendit infinite, hoc enim commune est mortali, et veniali; sed quia Deus graviter offendit, ut infra explicabitur. Ad 3.um in contrarium, concedo antecedens; si quis autem asserat, puram hominem non posse satisfacere pro peccato veniali, sanctitas non [illegible] [illegible], quod iudicet peccatum veniale ex se fore mortale, sed exaltatione [illegible] non tollat depositum peccati venialis, ut suo loco examinabimus. Ad 4.um in contrarium, concedo antecedens, nego consequentiam

bonf: [illegible]

é coar. Non enim ob quam eligibilitatem quaelibet poena, quam minima culpa, non est, quia in minima culpa reperiatur malitia contra Deum, aut quia poena etiam meriat[?] S. quia etiam minima culpa est actio illicita et peccaminosa, [?] perduranz pary, non est illicita, sed potius bona, ac meritoria, si patienter sufferat, qui vero contrarium judicet, potius eligere deberet id, quod licitum ac honestum est, quam quod est illicitum, ac peccaminosum. Disp. 10. Unde proveniat discrimen inter peccatum veniale et mortale. Cap. 1. Variarum sententiarum examen.

Disp. 10.

Unde Proveniat discrimen inter peccatum veniale et mortale?

Cap. 1.

Variarum sententiarum examen

N. 1 Supererant nobis 2º vetera et falsissima Catholicorum circa distinctionem peccati venialis, et mortalis, exclusa decisione apertae Majestatis Divinae, et mensurali [?]. 1ª sententia docet peccata venialia solum esse contra consilia, non 2º praecepta, versione mortalia, et in hoc ponunt discrimen veniale a mortali. Ita Scotus in 2º distinctione 21 q. 1. et Gabriel in 4º distinctione 16 q. 1 articulo 1º. Sed impugnatur haec sententia quia facere 2º consilia tamen non est peccatum, nec veniale, vero enim appellant consilia quod non obligant sub peccato ad eorum executionem. Sunt e contrario, quod fieri narret quantumvis leve, solum peccaret venialiter, et tamen faceret contra praeceptum de juramento quod non solum prohibet furtum magnum, sed etiam parvum. Item praeceptum de mentiendo, sed solum denuntiat intra suos limites, solum prohibet venialia ut enim mendacium sit mortale, necessarium est, ut extrahat ad aliquam materiam injustitiae, aut irreligionis, etc.

2 Forte dices, non esse peccatum omittere consilia, nisi expresse aliquis velit ea servare. Respondeo hanc certe 27 [?]

Esse

c. seu ex peccaminosis, in quibus quis absque ullo peccato possit
ducere uxorem, ut est fidelitatis; potest etiam exprimere dicere, in eo loco praecedenti
recipiens absque ullo peccato etiam veniali, id est, ac dicere, nullo ser-
vari illud consilium evangelicum de renuntiando saeculo, quod si tunc ad-
iungat aliqua circumstantia, ratione cuius illa volo sint peccaminosa, sed
ratione illius pravae circumstantiae erit contra aliquod praeceptum, excusatione carens
gerere malitiam habet, non vero ex eo solum, quod sit expressa nolitio ser-
vandi consilia, sed aliunde, quod parum refert ad praesentem quaestio-
nem etiam in hoc sensu volas faciendi rem alioquin bonam, sed non ser-
vandi etiam ipsa consilia, potest reddi mala, ex pravo fine, aut
circumstantia aliqua mala.

3. Neminem fallere debet alia sententia huic valde
affinis, quam tenent Caietanus et Conradus ad articulum 1 quaestionis
78 et ad 1 et 2 docentes peccatum veniale non esse contra legem, sed praeter
legem. Decipit, inquam, quia tam proprie quis transgreditur praeceptum
non mentiendi, mentiendo, quam praeceptum non occidendi, occidendo; tam
enim proprie opponitur mendacium non mentiendo, quam homicidium non homi-
cidio, ut constat, et alioqui tam est verum praeceptum non mentiendi, quam
praeceptum non occidendi: ergo etiam mendacium leve est contra legem. Quare
ex eo quod aliquis operetur praeter legem non potest peccare nec venialiter, quia
quoties aliquis facit aliquod opus indifferens operatur praeter legem, quin
propterea peccet, nec venialiter.

Similiter alii reiiciuntur, qui fere coincidunt
4. cum praecedentibus, dicentes peccata venialia non esse vere, et proprie offensas
Dei; reiiciuntur, inquam, nam ut in superioribus docuimus quodlibet
peccatum theologicum etiam veniale, potest dici habere verum rationem offensae
Dei. Et enim veniale non laedat graviter ius Dei, neque dissolvat
amicitiam Dei, vere tamen Deum in re displicet, et leviter, et illud
vere punit. 2º reiiciuntur, quia hi Doctores non explicant, quare non
sit illud ratio cuius peccatum veniale non sit offensa Dei, immo tam vere
sit proprie offensa.

5. Propterea Card. Caietanus, et Conradus alii viam inierunt, ut assignarent discrimen inter peccatum veniale, et mortale. Dicunt itaque peccatum mortale esse contra finem ipsum, qui est Deus; veniale vero tantum contra media ad hunc finem. Sed contra quia obiectum etiam circa Deum posse leges advertentiam plenam esse peccatum veniale, ut in odio Dei habitu absque plena deliberatione. Respondebunt, hic ab ipsis non agi, nisi de venialibus ex genere suo, non autem de venialibus ex accidenti; sed nec sub hac explicatione placet haec doctrina, quia peccata venialia tam quae ex parvitate materiae, quam quae ex specie sua sunt talia, conveniunt in ratione venialis, quod debet dari desumptum generalis, quae ad omnia peccata venialia se extendat, quod minime praestat praefata doctrina. Rursus, Et demus, quod omnia peccata ex genere suo contra Deum sint mortalia, tamen circa creaturas, seu circa media possunt esse peccata venialia et mortalia pariter, nam mendacium est ex genere suo veniale circa creaturas, homicidium e contrario est mortale: ergo non omnia peccata quae sunt circa media, sunt venialia. Deinde non placet ea doctrina, quia non explicat, quod sit esse contra media, et quod contra finem; cum quando mortaliter peccat homo mortaliter, peccat propter circa media ad consequendum etiam salutem necessaria.

6. 5a sententia est Canneri, et aliorum, qui varias differentias assignant inter mortale, et veniale. 1o dicunt, quod peccatum mortale tollit ordinem, et coniunctionem ad ultimum finem, veniale vero solum circa media; quae videtur esse explicatio D. Thom. q. 88. art. 1o, ubi expresse utitur his terminis, ultimi finis, et mediorum, et tandem concludit, dividi peccatum veniale et mortale tamquam reparabile, et irreparabile secundum virtutem ipsius hominis, non secundum virtutem divinam, qua utrumque reparari potest. Idem, et alii fere omnes docuit Durandus in 2 dist. 43 q. 16a, asserens, mortale tollere charitatem, quae est vita animae, veniale vero solum tollere fervorem charitatis. 2o fere easdem differentias mutatis terminis assignant, dicunt enim, quod peccatum mortale est contra praeceptum necessarium ad charitatem servandam, veniale vero non, quod idem est ac in praecedentibus dixeram, nempe mortale tollere charitatem, veniale vero, non illam tollere. 3o dicunt, quod mortale destruit ultimum finem in creaturas, non

vo

vero veniale, homo enim per peccatum mortale utitur creatura, ut ultimo fine simpliciter, per veniale vero utitur ut ultimo fine secundum quid; aut (ut alii dicunt) ultimo fine operis non operantis, cum non se ipsum dirigit in finem eius venialiter. 4° alii quidam aiunt, quod mortale sit reum poenae aeternae, veniale vero temporalis.

Non satis faciunt P. Arriaga. Huiusmodi explicationes non quidem defectu veritatis, plures enim illarum veras et ipse sentiunt, sed quia non declarant intentum praesens, neque comprehendunt quidnam non tollitur effectus peccati venialis et mortalis, quia ipsum met essentialem discrimen afferant, qui est veluti radix eorum effectuum, nempe quod sit illud quod habet mortale rectitudinem, et charitatem expellat, et apponat ultimo fini, et mereatur poenam aeternam et infinitam. Nam patet quod huiusmodi effectus, quia non omnes necessarii sunt, supponunt in illis quoddam separatum antecedens et prius, quod sit differentia essentialis inter peccatum mortale et veniale. Insuper illud quod dicitur de ultimo fine dupliciter intelligi potest, sic si loquamur de ultimo fine visionis beatae, in quo sensu dicat, per peccatum mortale de facto eum impediat, tamen id videtur esse per accidens, ad nostrum mortales absolute loquendo, neque si homo non esset elevatus ad eam visionem, imo si repugnaret talis elevatio sine dubio posset etiam esse idem mortale, quod nunc est ex genere suo, et sufficienter discriminatum a veniali, sed tunc mortale non impediret eius ultimum finem, quomodo eius quod de se impedire est potest de novo impedire. Ergo haec differentia non est sufficiens.

8. Deinde idem potest discurri de alteratione, scilicet de oppositione mortalis cum charitate, hac enim repugnante posset etiam esse mortale. Aliter quod intelligi potest ultimus finis natura sit Deus ipse, et asserat quod mortale separat nos a Deo, qui est noster ultimus finis obiective, veniale autem solum nos separat a mediis; sed et hoc etiam videtur esse per accidens ad rationem mortalis et venialis, et tamen facto id ita contingit. Praeterea impugnat, quia etiam peccata venialia in hoc sensu deberent errare circa ultimum finem. Probo: nam eo ipso quod media sint necessaria ad aliquem finem, non alia ratione errat circa finem, quam errando circa ea media, sed peccata venialia errant

circa

Circa media necessaria ad ultimum ... ergo errarent circa ipsum finem, quod si dicant illa media circa quae erratur peccato veniale, non esse simpliciter necessaria ad Deum consequendum, sed ad illum maiori gloria consequendum. Si, inquam, hoc dicat, contra est, quia ex hoc capite nulla possunt desumi malitia; nam cum opera alia indifferentes, ac etiam bona, impediunt maiorem gloriam, sic enim ipso, quod quis ducat uxorem, cum posset virginitatem perpetuo servare et saeculo omnino renunciare, minori gloria Deum in patria consequeretur, et tamen in his actibus nulla esset malitia, nec venialis, ergo non possunt desumi aliqua malitia in peccatis venialibus, ex eo quod impediant maiorem gloriam.

9. Denique si dicas peccata venialia saltem differre gloriam, quatenus in purgatorio prius expient, et possunt quis gloriam aeternam ingredi. Contra est, quia ad ipsum etiam possunt plura alia quae non sunt peccaminosa, ut longaevae vitae protractio, nam etiam illa differt vitae aeternae consecutionem, sed haec non dicitur errare circa media, ergo nec ex hoc capite peccata venialia dicenda sunt errare circa media. Haec de duabus prioribus explicationibus.

10. Tertia explicatio adhuc minus sufficiens, nam in prima parte huius quaestionis rejecimus, quod per peccatum mortale ponat homo in creatura suum ultimum finem simpliciter, quemadmodum viri docti, et Catholici, qui graviter peccant, possunt cogitare circa aliquam, quam per peccatum amplectuntur, non esse suum ultimum finem, et beatitudinem, quo sciunt, iste quidem modus loquendi sanctorum Patrum nihil aliud significare, et minime aptus ad examinandum vere proprie discrimen inter veniale, et mortale. Quarta explicatio etiam tangit gradus, quod consequuntur ad discrimen essentiale inter peccata mortalia, et venialia, ideo enim alterum meretur poenas aeternas, alterum solummodo temporales, quia unum est mortale, et aliud solum veniale. Denique quod addit Sanctus Thomas de reparabili veniali, et irreparabili mortali, ita impugnat, loquitur enim de virtute divina, et sic utrumque est reparabile, loquitur

Si

de viribus possē naturalibus, et sic neutrum ex praxibus, ... de viribus naturae, auxilio gratiae ... et etiam hoc modo, licet homines aliqui iudicant quod pura creatura ... non possit satisfacere ... condigno pro culpa ... contrario ... mortali posse satisfacere, quid ... inde ... debet ... ... vera ... de discrimine ... inter ... peccati.

11 6ª ... P. Suarez, qui peccat mortaliter ... dicitur quod virtualiter, et moraliter creaturam magis amat quam Deum ... ... textu capitis 10 Mathei, qui amat Patrem ... magis quam me non est me dignus, ... Ioannis 12, dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei, ... explicat ... affert ... sacrae scripturae loca, et sanctorum ... quibus id videtur insinuare ... in ... contrario ... peccatum ... quod ... dicunt ... amat creaturam ... quam Deum. ... hanc doctrinam ... quia ... peccatum ... homo ... a Deo, ut fides divina docet: ... Deum ... ultimo fine.

12 Advertit ... non tamen eum, qui peccat mortaliter, Deum expresse contemnere, aut illum formaliter odio habere, ... aliquid ... expresse praeferre ... suam ... tamquam in ultimum finem dirigere in aliquam Deum, ... manifeste ... vincit ... ... in ... docet, secundum ... implicite ... vel ... peccatum ... non ... secundum ... qui mortaliter peccat, ut moraliter ... et vincat Deum ... ... alterum finem ultimum, sibi proponere ... enim velle amplecti id quod amicitiae Dei repugnat, manifeste vincit id plus amare aut aestimare quam Deum, et practica ... necessariis ad ... sequendum ... ultimum finem, quod est virtualiter ac moraliter Deum contemnere.

13 Haec explicatio ... adversariis ... sententia ... posita videatur, nihil hominum impugnari potest ... ... Suarez ... qui Deum postponit creaturae ... gravi peccato mortaliter, ut ... considerari manifestum ...

Ex hoc autem non declaratur, an et quomodo [illegible] peccatum mortale et veniale [illegible]

nec unde proveniat [illegible] mortale [illegible] Deum creaturis, [illegible] non [illegible]

peccatum veniale, non [illegible] potest [illegible] quod peccator [illegible] proprio

appetitui, quem violat. [illegible] etiam [illegible] veniale postponit Dei [illegible]

quia [illegible] tale peccatum facit [illegible] violat [illegible] [illegible] doctrina [illegible] mortali

[illegible] exercitio Deum postponere creaturis.

14. Quod [illegible] hanc postpositionem quae fit per veniale [illegible]

dem levem, quia [illegible] non exponit homo periculo Deum amittendi in aeternum [illegible]

[illegible] exponit [illegible] mortale [illegible] et [illegible]

[illegible] gloriae in perpetuum, quae [illegible] ad [illegible] ideo peccatum non [illegible]

gravem postpositionem creaturae. [illegible] non [illegible] [illegible]

[illegible] scilicet quod aliqua actio sit peccatum mortale [illegible] intelligat, quod [illegible]

[illegible] se exponat aliquis periculo Deum amittendi in [illegible]

aut [illegible] illum Deum graviter postponat creaturis. Probatur [illegible] ideo illa actio

postponit graviter Deum creaturis, et homo exponit periculo amittendi Deum

[illegible], quia est peccatum mortale: ergo prius est [illegible] sit peccatum mortale, quam [illegible]

intelligatur [illegible] Deum creaturis postponi, aut hominem exponi periculo Deum

amittendi in [illegible]

15. Impugnatur 3°, nam apud omnes constat omissionem

peccati mortalis [illegible] medium [illegible] ad consequendum [illegible] ultimum finem, talem autem

non esse omissionem peccati venialis; quia solum peccatum mortale est impedimentum ad

consecutionem talis finis; at [illegible] omnes dubitamus, quomodo sit [illegible] unum

peccatum tale sit, ut impediat ultimum finem, alterum vero illum non impediat,

[illegible] enim non dependet ex sola [illegible] voluntate, sed ex meritis ipsorum peccatorum?

[illegible] intelligamus [illegible] aliud peccatum impedire [illegible] ultimum finem [illegible]

intelligimus in [illegible] peccato aliquid, [illegible] discriminet a peccato veniali. Quod

[illegible] erit discrimen essentiale inter haec duo peccatorum genera, adhuc non

assignatum ab istis Doctoribus.

16. Impugnatur 4°, quia [illegible] hanc doctrinam [illegible]

[illegible] circulus vitiosus [illegible] in assignanda ratione, quare aliquod peccatum sit mortale

nem rogo, quare furtum magnae quantitatis sit mortale? Dices, quia
per illud homo magis amat creaturam, quam Deum. Rogo ulte-
rius, quare per illud plus amat creaturam quam Deum? Respondes, quia
propter amorem illius magnae quantitatis, quam furatur, deserit amicitiam
Dei, cum qua furtum illud repugnat, et se exponit periculo Deum
amittendi, et perpetuo pereundi. Instabo quare hoc ita est, debes rursus, quia amicitia
Dei, ac illius fruitio, in altera vita pugnat cum obiecto mortali, quale
est illud furtum magnae quantitatis. Ecce recurris ad illud, de quo adhuc
dubitabamus, nempe quare illud furtum sit peccatum mortale: aut si
ad aliquid aliud recurras, certe in illo tamen consistet discrimen,
quod investigamus. Cap. sequenti rationem statuit.

Cap. 2um

Nostra sententia statuitur.

17. Ut ex hac opinionum intricata sylva solidiorem veritatem ex-
trahamus in lucem, oportet inutiles ramos quasi falce amputare. 1o notandum
est, quid sonet nomen. Unde nomen proveniat peccati, quod dicitur mortale aut veniale.
Istud enim hoc nomine impositum est ratione diversorum effectuum, qui pro-
veniunt a peccato mortali, et veniali, ex quibus et potissime magis in oppositis hoc,
convenienter desumpta est hac divisio a doctoribus ut facilius intelligerent, et rudes
horum peccatorum maximam differentiam apprehenderent. Peccatum itaque mortale ideo
hoc nomine nuncupatur, quia mortem animae spiritualem causat, tum in hac
vita expellendo gratiam sanctificantem, quae est vita spiritualis ani-
mae, tum in futura inducendo privationem aeternae gloriae, et perpetuam damnati-
onis, quae mors aeterna vocatur. Peccatum autem veniale, sicut hos
effectus non causat, ita nomen illud ~~mortale non habet~~. Vocatur
veniale, quia facilius veniam consequitur, et remissione dignius est.

18. 2o notandum est, nos de quo non est sermo de quacumque
differentia horum peccatorum etiam accidentali et secundaria, de qua etiam
authores supra impugnati permulti locuti sunt. Haec enim satis
nota est etiam inter rudes, et illiteratos. Loquimur ergo de differentia
essentiali, et primaria, ex qua tamquam ex radice dimanat
illa

ipsa diversitas effectuum, quos oes cognoscimus, et fatemur in peccatis mortali, et veniali.

19. Notandum est 3º peccatum posse dupliciter attendi, scilicet in ratione peccati proprie, scilicet in ratione offensae contra Deum, et licet quibusdam considerationibus discrimen sit distinguendum, non sicut supra definivimus rationem peccati per ordinem ad dictamen rationis, ac rationem offensae, ita discrimen esse explanandum de offensa mortali, et venialis, in ratione proprie peccati, ac in ratione offensae contra Deum, peccatum enim in ratione proprie peccati, solum dicit dissonantiam in genere moris ad rationali, at vero in ratione offensae Dei, dicit dissonantiam etiam ad [illegible] divinam, eo modo, quo suo loco explicuimus, et licet offensa quaedam Deum necessario involvat dissonantiam ad rationalis, quia lex divina rationabilis est, ratio tamen potest, nisi ex [illegible] quod rationalis dissonantia est, in ratione peccati potest separari a ratione offensae Dei, ut si [illegible] ordinationem divinam [illegible] quis invincibiliter ignoraret.

20. His notatis sit 1ª conclusio: Positive, et proprie in ratione peccati, discrimen essentiale, et primarium mortalis, et venialis, consistit in eo quod mortale graviter est dissonantia rationalis in genere moris, veniale vero solum leviter dissonans. Prima pars eo evidens est, quod peccatum mortale maiorem dissonantiam habet rationis rationalis quam peccatum veniale, et haec diversitas sufficiens est ad distinguendum unum peccatum ab alio: ergo in ea diversitate dissonantiae debet consistere discrimen peccati mortalis, et venialis. Minor probatur, quia implicat contradictionem dicere peccatum veniale, et aliud ex duabus actionibus [illegible] qualitate dissonantibus ad rationale, una sit peccatum veniale, et aliud solum mortale, sed e contra, ergo mortale debet habere maiorem dissonantiam quam veniale. Altera vero probatur, quia si possibile esset, quod ista proportio diversitas, deberet esse sufficiens ad diversandum unum ab alio, secus in esset diversitas, sed omnimoda conveniam. Denique ea diversitas peccati dissonantia talis est, ut ad illam, tamquam ad radicem reducantur quaecumque alia diversitas, ergo in ea consistit primarium, et essentiale discrimen istorum. Ans facile suadebit, si reliquas diversitates attente examinent.

21. Est 2ª ratio conclusio: natura peccati consistit in dissonantia ad naturam rationalem in genere moris, ut suo loco probavimus: ergo maius peccatum in maiori dissonantia debet consistere. Sed peccatum mortale, primario solum distinguitur a veniali in eo, quod sit maius peccatum: ergo solum debet primo distare in hac maiori dissonantia. Confirmatur, quia discrimen essentiale, et primarium peccati mortalis, et venialis, debet manere intra lineam essentialem peccati [illegible], ergo solum in ea debet consistere discrimen essentiale, et primarium peccati mortalis, et venialis. Itaque si actus dissonantia sit ad illum gradum [illegible] attingat, ut censeatur et sit gravis, habet peccatum mortale, si vero censeatur tantummodo levis,

ac

ac parvi momenti, efficiet peccatum veniale.

22. Dices: non explicat, unde conveniat, quod mortale peccatum graviter dissonet rationi naturali, veniale vero tantummodo leviter, immo et de hoc puncto videtur esse madistas(?). Resp. inquirenti causa, qua lit malitia unde aliqua actio censenda sit peccatum mortale, aut veniale, seu quare talis et proximam causam inquam debeat constituere talis ratio peccati mortalis, et venialis; cui difficultati sufficienter satisfecimus asserendo talem rationem peccati mortalis esse gravem dissonantiam, rationem autem venialis esse dissonantiam levem. Si autem inquireretur ebem(?) formalem peccati, satisfecimus asserendo eam esse dissonantiam moralis(?) rationi naturali, quin fuerit necessarium detegere capita, unde possit convenire quod actio aliqua sit dissona rationi naturali. Nam ex quocunque capite conveniat ea dissonantia dicimus eam constituere rationem formalem peccati.

23. Nihilominus dicendum est, ex duplici capite posse provenire gravitatem, aut levitatem huiusmodi dissonantiae moralis, nempe ex materia circa quam versatur actio peccaminosa, et ex libertate aut deliberatione voluntatis operantis: nam peccatum quod versatur circa materiam gravem, et est cum perfecta libertate seu perfecta deliberatione patratum, graviter dissonat in genere moris rationi naturali, et est peccatum mortale. Si autem versetur circa materiam gravem, sed non est perfecte liberum, seu quamvis sit perfecte liberum, materia tamen levis est, peccatum solum dissonat leviter rationi naturali. De quibus prius manifestatur, quod ex ipsa terminorum iusta apprehensione innotescit, quod posita aequali gravitate materiae, maior, seu minor libertas in actione auget, vel diminuit culpam pro(?) in operante: quo est duabus actionibus circa aequalem materiam versantibus magis dissonans erit, quae fuerit cum perfecta libertate, et minus quae fuerit cum minori: et sic in perfecto. Deinde sciendum est, quod posita aequali voluntatis libertate, gravitas, seu levitas materiae, circa quam versatur actio peccaminosa, refundit gravitatem, aut levitatem dissonantiae moralis in ipsa actione. Ita furari unum, seu duos nummos, quae leviter dissonat rationi naturali, at vero furari centum aureos graviter dissonat, solum ex diversitate materiae: quo est ex praedictis duobus capitibus desumenda est gravitas, aut

C. [illegible] Levitas

A. Quaeritur, in Sacramento explatte, idest idem declarari, quia ut explemus quod sit graviter aut leviter dissonare, relucimus aliquas grave, aut leve, quae aut jendris videt, quod sit magis gravis aut levis, ut quod sit gravis, aut levis dicitur. Resp. Sequitur graviter, et leviter, esse quod sendis in re morali, et inquibus oes debent ultimo quiesare. Sic explantes quod sit praeceptum graviter obligans, dicimus id, quod obligat sub poena gravi, et e contra, quod leve, quin ulterius rogemus quid sit magis, id est poena gravis, aut levis, ut ad si ulterius progeret debemus iterum incidere in eosdem terminos ut patet aliis nectere, dicendo esse grave, quod grave damnum affert, aut grave bonum impedit. Si sint quietesimus ...

esse, qui grave damnum affert, aut grave bonum impedit. Sic iterum quietesimus ... dicimus aliquam infirmitatem esse gravem, aut levem, quin possimus explanare ... quid sit infirmitatem esse gravem, aut levem, nisi forte insistendo eisdem terminis asserentes gravem infirmitatem esse illam, quae grave damnum affert saluti corporali, et levem, quae solum leve damnum importat. Propterea nos in praesenti non volumus explanare gravem dissonantiam et gravitatem, sed indicare capita unde provenit esse gravis dissonantia, et ad hoc dicimus provenire ex gravitate materiae sub qua fit deliberatio, sistendo in his terminis sed Lenonis omnes.

25. Sit 2c°: Si considerimus peccatum secundum roe offensae moralis, et venialis offensae Dei, discrimen essentiale, et primarium inter offensam mortalem, et venialem constituitur in eo, quod offensa mortalis graviter offendat ius divinum, venialis vero tantum modo leviter. Haec assertio eadem fere via probanda est atque praecedens, nam offensa Dei, ut suo loco explicuimus, est laesio iuris divini: ergo maior offensa consistet primario in maiori laesione praedicti iuris. Sed offensa mortalis primario discriminatur a veniali in quodam excessu secundum rationem offensae: ergo primario discriminatur in eo, quod offensa mortalis sit gravis laesio iuris divini, venialis vero sit laesio tantum modo levis. Item quando laesio iuris Dei adeo gravis est, ut incurrat, vel censeatur gravis, est mortalis offensa. Quando vero solum censeatur levis, erit offensa venialis, tunc autem anvelit laesio gravis

9do

q^do incurrat inimicitias Dei, leviss^o q^do solum incurrat aliquam displentiam.

26 Sed inquires, unde sciemus quod aliquis actus incurrat inimicitias Dei, quod alias vero, tantummodo leve displentiam? Et vero, id est colligendum, ut supra diximus ex solo exgravatate materiae circa quam versatur actus. Et etiam ex maiori, seu minori deliberatione operantis, nam magis offendit quis cum graviter, ...ab illo, qui cum perfecta deliberatione, et cum ipsi opponit, quam ab illo, qui solum imperfecta operatur deliberatione, ut est offendens, quia Deus non attendit lesionem physicam, Deus enim nullam suscipit lesionem physicam pati potest ex nostris actionibus propter infinitam suam perfectionem, et eminentiam supra creaturas; sed solum attendit lesionem moralem, quae ratione temporis debet et deliberationis, et affectus operantis. Unde si duo homines Deum equali blasphemia inhonorarent, alter cum plena deliberatione, et libere voluntatis, alter deliberatione imperfecta, ille inimicitias Dei incurreret, et eum mortaliter offenderet, hic vero leviter incurreret displentiam, et venialiter tantum Deum offenderet.

27 Ex hoc discrimine primario, iam ante superius explicato resultant alia differentiae, quasi secundariae inter offensam mortalem, et venialem, nempe, quod offensa mortalis mortem animae inducat, privet hominem gratia sanctificante, incurrat reatum poenae eternae, et privatione bonorum, gloriae, et similia, haec enim omnia quasi dimanant ex illo, quod aliqua offensa sit gravis lesio iuris Divini, ac proinde digna, ut haec omnia mala secum importet: offensa autem venialis, et sit lesio iuris Divini, quia tamen lesio levis est, non censetur digna huius di poenis adeo gravibus. Disp. 11 de adversa ratione requisita ad peccatum mortale, et veniale cap. ... actualem, et expressam malitiae cognitionem requiri ad quamcumque peccatum.

Disp.^o 11

De Advertentia rationis requisita ad peccatum mortale, et veniale.

Cap. 1um

actualem, et expressam malitiae cognitionem requiri ad omne peccatum.

1 Imprimis certum est apud omnes requiri ad peccandum sive graviter, sive leviter aliquam advertentiam malitiae ex parte operantis, quia nemo peccare potest, nisi libere se gerat circa malitiam obiecti, illam eligendo per voluntatem; sed nequit libere se gerere homo circa malitiam obiecti, nisi ad illam aliquo modo advertat, cum nihil volitum possit esse, quin praecognitum: ergo requiritur ad peccandum aliqua advertentia malitiae ex parte operantis. Superest ergo non levis dubitatio, an sufficiat ad peccandum virtualis, et interpretativa advertentia malitiae, vel an ratio requirat advertentiam actualem expressam, et formalem circa malitiam obiecti.

2 In qua difficultate aliqui Doctores supponentes posse dari cognitionem virtualem, ac interpretativam malitiae, absque ulla quaestione formali, et expressa, docuere sufficere cognitionem virtualem, ac interpretativam malitiae ad peccandum etiam mortaliter. Contra vero Suarez disp. 4 de voluntate sectione 3, Lorca disp. 28 de peccatis membro 3, Medina, Villalobos, Montesinos, et alii, communiter sustinent ad quodlibet peccatum requiri expressam, et actualem formalemve cognitionem malitiae. Eamdem expresse tradidit Pater Tannerus disp. 4 de peccatis quaestione 5 dubio 5. Pater Azor, tomo 1° libro 2° capite 8° quaestione 12. Pater Castro Palao t. 1° tractatu 2° disp. 1° puncto 14°. Pater Amicus disp. 47 de peccatis sectione 9 n. 16. Pater Thom. Sanchez in summa, Joannes Sanchez in selectis, et plures alii.

3 Sed ut horum Doctorum mens plenius percipiatur animadvertendum est omnes convenire in eo, quod si ignorantia aut inadvertentia malitiae circa actionem sit prorsus invincibilis, tunc quoque excusabit ab omni peccato ita operantem, quia tunc malitia est prorsus involuntaria, ac proinde non potest imputari ad culpam. Si vero talis inadvertentia est vincibilis, sicut eatenus voluntaria est, ita etiam ex se peccaminosa, ab illa inadvertentia procedens, imputabilis erit. Solum ergo est dissensio in eo, quod authores isti docent, quoties homo actum secundum se pecca-

minosam

peccaminosam agnoscit advertens solum dmodatum, aut indmodatum illius, debiteque agnoscere illius maliam, quod potest tunc intueri applicari ad illam cognoscendam, quod si non efficiat, talis ignorantia erit interpretative voluntaria, et liberum in cognoscere, quam de pecci dmodo, aut indmodo habuit; ex hac enim ad illam poterat, et debebat procedere. Sit vero authores ut se astrant, si actio peccaminosa cognatur secundum ipsius dmodum, aut indmodum, posse dignoscere quod invincibiliter nulla subeat cogitatio, etiam dubitativa circa maliam actionis, ac proinde talis ignorantia non erit imputabilis, nec poterit refundere culpam aliquam in actionem. Et haec est praedictorum authorum opinio circa praesentem difficultatem.

4 In qua dicendum imprimis existimo, quod inadvertentia culpabilis circa maliam doli, potest refundere culpam in admissionem talis doli, verbi gratia cognoscit quis dmoditatem iuramenti falsi, culpabiliter tamen ignorat maliam illius, praedictum iuramentum praestat, sine dubio peccat in eo iuramento praestando, et id imputatur ad culpam ac si cognovisset maliam praedicti iuramenti. Notandum, quod ea ignorantia possit esse vincibilis, et culpabilis nisi subierit menti aliqua cogitatio, saltem dubitativa circa maliam praedicti iuramenti. Probatur, quia ut ignorantia sit proxime vincibilis, et culpabilis, debet homo animadvertere debitum examinandi dolum, an scilicet sit bonum, vel malum; alioqui non peccabit in omissione illius examinis; sed non potest sufficienter debitum advertere, nisi saltem dubitet de malia doli, nemo enim tenetur examinare dolum, de cuius malia nullam dubitationem habet: ergo non potest esse ignorantia proxime vincibilis, et culpabilis absque aliqua cognitione saltem dubitativa circa maliam doli.

5. Et hinc quod dixi te aliquis ostenderet, necessariam esse ad quamcumque peccati cognitionem aliquam actualem, formalem et expressam, saltem dubitativam, de malia doli. Probatur quia ut alioqui nullum potest esse caput, unde malia doli imputabilis sit ad culpam operanti: ergo absque praedicta cognitione non potest patrari peccatum, loquendo de vincibilis, an sit,

quia

quia imprimis ipsa malitia secundum se non potest esse libera operanti, cum nullo sit modo nisi cognita, deinde non potest esse libera in ordine ad examinis de malitia dicti, quia dum nulla habita dubitatio de tali malitia nemo tenetur predictum examen premittere: ergo etc. Dices, malitia dicti in istis circunstantiis saltem est interpretative cognita, et voluntaria.

Resp. id esse improbabile, nulla comitante dubitatione circa malitiam dicti, quia ut talis malitia esset interpretative cognita, et voluntaria, non requireret, quod homo deberet moraliter eam cognoscere, et advertere: sed non debet moraliter illam advertere, nisi se cognoscat obligatum ad hanc advertentiam, nec potest ita se agnoscere, nisi dubitet de malitia: ergo deficiente adultimo, illa malitia non est interpretative cognita, et voluntaria.

6 Obiicies primo pro secundo via sententia verba illa Psalmi 18 delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me. Quod ut ex Apostolo legit, ignorantias, quis intelligit? Ubi satis aperte indicat, aliqua esse peccata ipsi peccanti occulta, quia non aliter forent occulta, si ad illorum malitiam peccator expresse advertisset: ergo non est necessaria ad peccandum expressa malitiae cognitio, aut advertentia. Deinde afferri poterit verbum Christi Domini dicentis dum in cruce penderet. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, ubi aperte ostendit illos ipsos crucifigentes etiam per ignorantiam peccavisse, alioqui non indigerent venia, Imo ex capite 16 Ioannis deducit aliqua pecca-

Oi 31 di Disiembre de 1654 Murió el P. Rector Juan Sanz.

deducit aliqua peccata committi ab hominibus, tametsi ignorantibus illorum malitiam ut potius existiment, sequi bonum, ac Deo placitum prestare. Venit hora, dicit, Christus Dominus, ut omnis qui interficit vos, arbitretur, obsequium se prestare Deo: ergo non requiritur cognitio expressa malitiae ad peccandum. Ultra ab experientia, sepe enim homines post longum peccandi assuetudinem absque ullo remorsu conscientiae peccant, si requireretur expressa, et actualis advertentia malitiae, non possent ita peccare, nam hec advertentia, esset ipse remorsus conscientiae: ergo etc.

7. Resp. peccata occulta non appellari in eo textu illa in quibus nulla precessit advertentia malitiae, hoc enim est impossibile ut ostendimus:

Moral

l. qui semel in missali sufferenti advertat, post absolutionem sit reddita;
Et certe illae in quibus homo, si sapit, discernit, an consensum praestiterit,
Et solum malitiam sufficienter animadverterit, quod saepius evenit circa peccata
praesertim interna, de quibus viri timorati saepius timescunt, similiter
interpretanda sunt verba Christi Domini in utroque textu, nam illorum
hominum ignorantia vincibilis erat, et affectata, ad quam occurrere debebat.
Saltem dubitando aliqua circa malitiam illarum actionum, quas patrabant,
et ex industria noluerunt deponere, alioquin nullum esset peccatum, ad
confirmationem, dic duplicem distingui remorsum conscientiae, alterum internum, qui
est advertentia, et cognitio malitiae, et ordinario debet concomitari cum
peccato, de quo sit; alterum post transactum peccatum praesertim, homines deplorant
vitam ob consuetudinem peccandi, parvipendunt se peccavisse, et nihil de
patria curant, et conscientia eos non amplius accuset, imo haec accu-
satio, quae post peccatum supervenit, proprie appellatur remorsus conscientiae. Al-
terum possumus considerare involutum, et cruciatum quemdam, seu dolor
post peccatum, vel potius timor quidam de poenis, quas ob peccatum subiturus
est homo, nisi resipiscat, et hic remorsus saepe saepius longe abest
a peccatoribus deperditis.
8. Objicies 2°. potest quis adeo vehementi passione trahi
affectus contra inimicum, ut illum odio mortali habeat, quin actualiter advertat
malitiam huius odii, et tunc illud odium esset peccatum, et hic in passione praesenti,
18. Dices, tantum esse discrimen inter unam et alteram volatem, quod conditio, et supp. naria excusat a pecco electionem pecci minoris, cum non relinquat inviolatam libertatem, quod non reperitur in supp. libera, quod cum libera sit, pot volas illam auferre, et consequenter electio pecci minoris de ea libera, deprovinde peccaminosa. Sed 2a est, nam ideo in statu absoluto est peccatum electio pecci minoris, quod quis se determinat libere ad eligendum unum e duobus inaequalibus, quod libere conservat talem suppem, quam tenetur auferre; sed qui habet modo volatem conditionatam eligendi peccum minus, solum ex supp. libera, quod unum e duobus electurus esset, et non amat talem supp., sed potius odio habet: ergo non peccat in ea volate conditionata. Itaque conditionalitas, quod praedicta supp. libera peccatum involvat, et talitas, quod volas conditionata, sublata conditione praecedens, sit peccatum, id libenter fatemur, ex eo autem non infertur, quod etiam volas conditionata sit peccatum, quia haec non amat talem errorem suppem. Unde talis volas solum oritur ex zelo vitandi maioris malitiae, quae immineret in altero extremo.

19. Replicabis, posset modo volas vitare magis malitiam decernendo in eo casu auferre talem suppem liberam, et nullum peccatum admittere, sive maius sive minus, quod tenetur praestare, quod in ipso, cum in statu absoluto se videat determinatum ad committendum unum e duobus peccatis inaequalibus. Resp., talem determinationem posse auferri, quod in ipsa est, quod semper libera est, et in nostra potestate, et propter hunc est peccatum eligere etiam minus grave, at vero volas conditionata solum procedit ex supp. quod non auferat. Ex hac autem supp. auferri non pot: ergo non pot modo conditionate velle ablationem talis conditionis ex supp., quod illam non ablaturus sit, esset

enim

enim, tollere ipsas suppem, quas facit.

20. Pr 2° eadem sas, nam qui determinatus ad committendum malum peccatum, licite potest consulere saltem condinate peccatum minus, et in eo nullo est contradictio, ut tenet cois sas, ergo potest quis idipsum sibi condinate consulere absque ulla culpa. Probo cons, quia licite possum capere mihi absque consiliante id consilium, quod alter mihi licite potest dare: ergo est. Constat nam ut docent com. Theologi cum D. Thoma contritio et dolor appreciative maior debet de peccato maiori quam de minori, hic enim explat optime per hanc conditionem, clavorque ausus fuerim peccare, vellem peccasse minori pecco, sed in ista conditionali non involvit culpa: ergo est.

21. Resp. bis; magnam esse disparitatem inter consiliantem minus malum paratus ad malum, et inter ipsum eligentem; quia consilians solum influit in cariam pecci maioris, quod alter decreverat, et conatur solum ab eo malo avertere, quod nequit ab utroque, quod cum caria bona et debita est; at vero eligens sibi minus pecc, etiam conditionate fert libere ad rem malam moraliter, ad illud scilicet peccum minus, quod abstinere potest, et debet, ab utroque maiori scilicet et minori, et ideo culpabilis est talis ellectio.

22. Sed contra est, quia simpliciter elligens sibi solum conditionate peccum minus ex vi talis affectus conditionati, solum influit in cariam pecci maioris, quando supponit saltem sub disiunctione decretum, et solum conatur ab eo maiori malo se avertere, quod nequeat, aut nollit ab utroque, et ex eo satis patebit, quod cum tali affectu conditionato coniungit odium circa utrumque peccum, et solum admittit minus peccum, facta suppositione, quod unum e duobus committendum sit. Ergo supposito iam non superest alia via vitandi malum maius, quam per ellectionem peccati minoris.

23. Et confirmatur impugnatio, nam ideo consilians, dicitur solum influere in cariam pecci maioris, quia non consulit absolute peccum minus, sed solum ex suppositione, quod alter nollit utrumque vitare et determinatus sit ad unum e duobus; sed etiam sibi elligens per predictum affectum conditionatum peccum minus, non illud sibi elligit absolute, sed tantum ex suppositione, quod nollit utrumque vitare et determinatus sit ad unum e duobus, ergo similiter solum dicetur influere in cariam pecci maioris, quae bona est et de se. Nec responsio ad confirmationem satis facit, quod asserat illum maiorem dolorem de pecco maiori, ita explandum esse, si committendum esset ex necessitate alterum e duobus peccis inequalibus,

elligerem

elligerem minus grave, non inquam, satis facit, qui aetiam sufficienter explat perversam conditionalem, in qua licet conditionem ipsam quam apponit, et non amat, involvat peccatum, illud tamen non involvit affectus ipse conditionatus, quia sequela, tam narrat, quam conditio, quam aequatis fuit, est liberam, atque quando est narrata

non vero necessariam conditionis, quae in nulla conditionali amat.

24. Probatur 2º eadem res, quia hoc dictamen nimium est verum, et rationi consonum, sed liberet committeret essem unum, sine dubio peccabit, quaelibet expediens foret eligere minus grave. Observandum tamen est rationi consonum, non quod quod aliud eligat, postquam suppositum, malum est, et rationi dissonum, non enim potest eligi vitatio utriusque postquam suppositum, peccati, quae sine dubio, destruit suppositionem appositam: quod solum recta eligendum peccatum majus, in quo est rationi dissonum. Tunc sic: hoc dictamen rationis potest subsequi recta voluntas, reflectens solum conditionale ideoque convenientis judicatus fuit absolute, atque adeo eligere peccatum minus grave: quoniam ex affectu conditionato non potest involvi peccatum. 3º pars de his quae pertinent ad distinctionem tum specificam, tum numericam peccatorum, deque illorum subiecto, et causis. Disputatio 14. An peccata distinguantur specie penes diversitatem specificam virtutum, quibus opponuntur. Cap. 1um aliqua praemittuntur.

3ª Pars.

De iis, quae Pertinent ad distinctionem tum specificam, tum numericam, deque illorum subiecto, et causis. + peccatorum

Disputatio 14.

An peccata distinguantur specie, penes diversitatem specificam virtutum, quibus opponuntur.

Cap. 1um.

Aliqua Praemittuntur.

1. Imprimis, tamquam indubitatum praemitto inter Catholicos, non omnia peccata esse eiusdem speciei, sed inter plura existere reperiri diversitatem specificam, tum quia de fide constat omnia peccata mortalia ratione aperienda esse in confessione non solum secundum numerum

sp.

sed etiam secundum suas diversas species: quod dant peccata specie diversa secundum speciem. Quod etiam satis aperte convincitur a ratione, quia nam enim non stabilis diversitas reperitur inter peccata, quam inter actus inter, inter alia, ac inter ceteras res creatas; sed inter

diversitas + haec omnes datur diversitas specifica: ergo etiam debet dari inter peccata. Haec autem diversitas specifica taxanda est ad modum quo taxatur in aliis rebus et entitatibus physicis.

2. Praemitto 2°: in actibus humanis, quales sunt omnia peccata, duplicem posse considerari speciem; alia enim est species pure physica, quae ab aliquibus appellari etiam solet physica et moralis, alia vero pure moralis. Species pure physica dicitur illa, quae reperitur in actu attento secundum suam naturam physicam, unde sentitur ab eo quod sit consonus, aut dissonus in quo moralis naturae rationalis. Species pure moralis est, quae reperitur in actu humano, prout bonus vel malus, aut etiam indifferens in ordine ad mores; potest autem contingere quod duo actus sint diversae speciei physicae, et tamen conveniant intra eandem proximam speciem moralem. Theologus, quod in praesenti solum agit de diversitate specifica morali, cuius consideratio solum utilis est ad praesens institutum, et ad recte peragendum sacramentum poenitentiae, in quo explicanda ratio sunt omnes species morales peccatorum, non vero physicae, quae nihil conducunt ad iudicium quod confessarius ferre debet de statu poenitentis.

3. Praemitto 3°: hanc duplicem speciem moralem, videlicet, et physicam, non solum posse considerari in peccatis internis, qualia sunt mere voluntarii actus; sed etiam in peccatis externis, v.g. in homicidio, aut furto, in illis enim actionibus externis est dare entitatem physicam, nempe ipsam realem percussio, qua occidit proximum, aut ipsa realis usurpatio rei alienae, et datur dissonantia harum operationum cum natura rationalis, sive haec sit diversa, sive eadem in specie, aut numero dissonantia, cum dissonantia actus interni, qui operationes externas imperat, de quo in praesenti non est disputandum.

4. Praemitto 4°: in praesenti a nobis non inquiri, in quo natura formaliter consistat, sumi diversitas moralis specifica peccatorum, cum enim debeat esse contra naturam rationalem, eam consistere formaliter in diversitate specifica peccatorum secundum dissonantiam cum natura rationali in quo moralis, sicut enim sumitur constitutio formaliter totum peccati in sola in dissonantia cum natura rationali, ita diversitatem peccatorum specificam debemus constituere formaliter in diversitate harum dissonantiarum, solumque in verbum quasi extra [?] conditio. Unde consideranda sunt singula diversitas specifica in peccatis, quae in dictis cum varia possunt esse, seorsim examinanda sunt,

sed

S. prius in hac disp. agendum e de virtutibus, cum quibus peccata opponunt.

5 Præmitto 5.° Ut proprius ad præsentem accedamus, quod hanc in dubium sit possit tractari. 1.° an diversas specifica virtutum, quibus adversant peccata, sit necessario requisita, ut hæc evadant diversa secundum speciem. Secundo, an hæc sola sufficiat ad refundendam diversam speciem in ipsamet peccata, qua duplici difficultate discussa, plene satis fiet huic disquisitioni, quæ utramque difficultatem amplectitur. Cap. 2.um, quæstionis expeditio quoad utrumque sensum.

Cap. 2.um

Questionis expeditio quoad utrumque sensum.

6. Ut priori sui præsentis disquisitionis faciamus satis sit 1.a Conclusio: Diversitas specifica virtutum, quibus opponuntur peccata, non est simpliciter necessaria ad hoc ut ipsa peccata distinguantur secundum speciem. Patet, nam duo peccata possunt esse diversa secundum speciem, quamvis opponantur eidem specie virtuti: ergo diversitas specifica virtutum non est simpliciter requisita ad diversitatem specificam peccatorum. Consequentia est evidens. Antecedens probatur variis exemplis. Etenim, Gentilismus et idololatria distinguuntur in specie morali, et tamen opponuntur eidem virtuti religionis, quæ secundum speciem atomam est eadem. Rursus furtum rei familiaris, detractio honoris aut famæ et homicidium distinguuntur specie, cum tamen opponantur eidem virtuti iustitiæ. Item prodigalitas, et avaritia, et cætera talia distinguuntur specie, et tamen opponuntur omnia eidem virtuti liberalitatis. Denique ut alia exempla præmittam, simplex fornicatio, et pollutio voluntaria opponuntur eidem virtuti temperantiæ, et tamen sunt peccata specie diversa: ergo etc.

7. Probatur quoque prior, quia etiam inter peccata, quæ uni et eidem virtuti adversantur, possunt reperiri notabiles diversitates, quæ ad dissonantiam rationis singulariter morem, ut videmus in exemplis allatis, sed hæc notabiles diversitates possunt constituere diversas morales species inter peccata: ergo adhuc deficiente diversitate specifica virtutum, cum quibus opponuntur peccata, possunt reperiri diversitates specificæ peccatorum. Minor probatur, quia diversitates notabiles animalium, quoad suas operationes, etiam sub eodem genere animalium constituunt diversas physicas species inter animalia: ergo solum eadem

cadē notalis dirsas moralis: s. aut dirsas moralis species in pecca.

8\. Sit 2a 9c°, quoad posteriorem suae disputationis; diversas specifica virtutum, quibus peccata opponuntur, sufficiens est ad rem fundendam dirsatem specificam moralem in ipsamet, ita ut quoties duo peccata opponuntur virtutibus specie distinctis, sibi ex ipsa peccati ratione disquantur secundum speciem. Haec sententia communis recipitur a Doctoribus. Et autem est facilior, quia eo ipso, quod e duobus peccatis alterum opponitur uni tantum virtuti, alterum vero alii specie distinctae, iam singula habent rationes morales oppositas ad res specie distinctas, nempe ad diversas ex specie virtutes; s.° huiusmodi rationes constituunt dissonantiam moraliter dirsam; ingenere moris: ergo dirsas specifica virtutum sufficiens est ad colligendam... dirsatem in peccatis. Minor patet apparente in entatibus physicis, in quibus rationes ad res specie distinctas arguunt dirsatem notabilem et physicam in ipsis entatibus.

9\. Dices: virtutes specie dirsae possunt esse aequalis perfectionis moralis: ergo peccata illis opposita habebunt equivalentem malitiam: ergo et aequalem dissonantiam cum ratione in genere moris; atqui non potest esse notabiliter, aut specifice dirsa ea dissonantia, quae est prorsus aequalis cum altera in ratione malitiae moralis: ergo non semper dirsitas specifica virtutum arguit dirsatem specificam in peccatis, quae illis opponuntur. Resp. omittendo ante. et utrumque coens. in dei ssatam, nego min. ant. subsumptam, aliud enim est peccata esse inaequalia quoad malitiam, et aliud est esse dirsa in specie: possunt quidem peccata esse dirsa in specie etiam morali, quamvis non sint inaequalia quoad malitiam, ... proximi inaequalitate; adeoque quod ipsae virtutes, quibus opponuntur, fuerint aequalis ordine perfectionis, quamvis sint spe. dirsae. Si ergo non est inconveniens, vel contra q. virtutes spe. distinctae sint aequalis perfectionis, de quo in praesenti non disputamus, ita nec erit inconveniens q. peccata illis opposita sint spe. dirsa, et aequalis ordine malitiae moralis. Disp.° 15. An dirsas specifica praeceptorum arguat dirsatem specificam in peccatis. Cap. 17. Ir dissas specificas praesentis disput. examinet.



Disp.°

Disp.o 15.

An diversitas specifica Preceptorum arguat diversitatem specificam in peccatis?

Cap. 1um

1a diffas circa presentis disputationis examen

N. 1. Duxes diffas inter ... quae separatim postulant examen, ne ... pariat auditoribus ... praecepta possunt esse diversa variis ex ... ex quibus 1o ... diversorum praecipientium, nam praecipiens ... potest esse immediate Deus, ... homo. Insuper hic ... vel superior ecclesiasticus, ... secularis quorum quilibet ... potest praecipere authoritate propria, et jurisdictione ordinaria, ... utendo tantum delegata. Inquirimus ergo, an quando praecepta sunt diversa tantum ... diversorum praecipientium ... hanc quaestionem ... in specie morali, ... diversitas praeceptorum, quae solum provenit ... diversorum praecipientium, dicenda sit diversitas moralis, ... physica, ... ex resolutione diffatis ... referatur hoc ... nomine appellatur.

2. Et quidem ... possumus loqui de malitia peccati, quae desumitur ex proprio ipsius obiecto, ... de ... quae reperitur in transgressione praecepti, ... advertentia ad praecipientem ... praeceptorum. ... docet hanc diversitatem praeceptorum, quae praecise desumitur ex diversitate praecipientium, ... sufficere ad inducendam diversitatem specificam peccatorum ex obiecto desumptam. Ita ... Vasquez ... 1a 2ae disp. 98 cap. 2o. Bonacina disp. 2a de peccatis q. 4a p. 8. ... Palaus ... 2o de peccatis disp. 3a p. 1. et alii contra. ... hic ... specificat ... malitia ... ex obiecto desumpta ... diversorum praecipientium ... a ... Deo in decalogo ... praeceptis ... a superioribus humanis in qualibet ... subordinata ... ergo etc.

3. Sequendo autem de malitia inobedientiae formalis, quae reperitur in transgressione praeceptorum, existimo tamquam certum, id, quod probabiliter iudicat P. Arriaga infra citando, nimirum non diversificari malitiam inobedientiae, quando solum praeceptum imponit, non tam ad novam obligationem inducendam, quam ad confirmandam, et declarandam magis priorem. Fortè praecepta Decalogi, ideo solum data fuere à Deo, quia populus non poterat facile ex solo suo discursu assequi, quae dota in particulari, et quae actiones essent moraliter malae, ut ergo facile, et sine labore statim cognosceret, declarata sit ei malitia praecepto addito forte uno novo mandato, quod externas sit non obligat; nempe, memento, ut diem Sabbati sanctifices. Dequo nil dictat dictamen lumen solum naturale, ut auferat praeceptum novum. Sed quia in praedicto casu non est animus Legislatoris inducere novam obligationem, sed prius declarare magis explicite antiquam, et Lex autem, aut praeceptum, non aliam includit obligationem, quam fuerit ab illo ponenti intenta, unde necessario diversa obligatio esse non novum, aut diversi praecipientis, ac proinde in illis praeceptis transgressis, non erit diversa malitia, imo dicendum est, illa praecepta, quorum unum est declaratio alterius, non esse parte plura praecepta, sed unicum bis intimatum.

4\. Maior est difficultas, quando quilibet ex diversis praecipientibus, intendit suo praecepto obligationem inducere, et quasi disparatè tenentur, ita quod aliquis eorum intendat declarare praeceptum alterius. In qua quidem Cardinalis De Lugo disp. 5. et P. Oviedo contr. 5. de peccatis puncto 4° docent diversam in specie esse inobedientiam, quae est Superioris increati, ac quae est Superioris creati praecipientis, aut prohibentis aliquid, ac proinde ex diversitate specifica praecipientium, quorum unus sit creatus, alter increatus, bene arguitur distinctionem specificam in peccatis, quoad malitiam inobedientiae formalis. Secus vero ex diversitate numerica Superiorum creatorum praecipientium creato intra se, probari potest hoc sic, quia nolle obedire Deo, aut nolle obedire Superiori Legitime praecipienti, diversas longe dicunt dissonantias rationalis: ergo est diversa specifica: ergo ex diversitate Legislatoris Divini, ac creati, arguitur diversitas specifica in peccatis quoad malitiam inobedientiae formalis. Antecedens, quia pene infiniti sunt tituli, quibus obligamur obedire Deo praecipienti, qui non reperiuntur in Superiore creato, et sic longe diversam dissonantiam dicit nolle obedire, cui pluribus titulis obligamur, quam cui paucioribus: ergo etc.

de Poenitentia sect. 5.

5. Et confirmatur, nam mendacium dictum Deo, est diversae, et gravioris speciei, quam mendacium dictum soli homini, propter malitiam irreverentiae quae est contra Deum illi mentiendo, et volendo eum decipere, quam contra hominem, quod videtur insinuasse D. Petrus Actorum 5. cum enim reprehenderet Ananiam fraudem quam intentaverat in abdicatione suorum bonorum, reservans occulte sibi illorum partem, dixit, non es mentitus hominibus, sed Deo, quasi ex hoc capite exaggerans gravitatem defectum sui delicti, quod non esset adeo gravis, si solum hominibus mentitus esset: ergo similiter more desumitur reperiri, quod inobedientia immediate contra Deum, et aliud quod est contra homines.

6. Si autem dicas licet praecipientes creati non possunt restringere ad diversam specificam in ordine, quam horum praecepta transgredientur, probari potest ex eo, quod diversae hae parvi momenti videantur, eo quod quilibet omnes habent potestatem obligandi in conscientia ad observationem suorum praeceptorum, quae potestas videtur fore eadem in omnibus superioribus creatis, quae solum attendi debet ad causandam malitiam ipsis transgressionibus, non vero attendi debet diversa quoad aliam parata, quae per accidens se habent ad rationem superioris.

7. Ut studium de hac re serio fixam animadvertendum est ab aliquibus male confundi haec duo, nempe inobedientiam formalem, et inobedientiam specialem, quae tamen sunt longe diversae, nam inobedientia specialis, quae praedicitur illa, quae non reperitur cum aliis malitiis peccatorum, etiam quae fiunt advertenter contra praeceptum superioris, sed quae non solum violat praeceptum, sed etiam intendit contemptum ipsius praecepti, vel saltem superioris, ut quod aliquis non vult parere expresse quia praeceptum est a tali superiore impositum. Inobedientia formalis est, quae vere, et proprie reperitur in actu ex quocumque motivo id fiat, quam aliqui, nescio quo iure, vocant solam inobedientiam materialem: nam si fieret sine intentione formalis ex quocumque motivo fiet contemptu committat, quare non erit inobedientia formalis transgressio praecepti superioris. Sicut verum est quamvis omnes alias parati ut formaliter in subiecto, quando propria sit specialis idem quod illa habitu, sic homo est formalis animal, licet non paratum non est proprium aut speciale homini: ergo quamvis inobedientia quae reperitur in qualibet transgressione praecepti, non sit specialis inobedientia, poterit tamen esse formalis, et confirmatur, nam si malitia formalis esset idem ac specialis, non possent plura peccata convenire in malitia formali, sicut nec possunt convenire in malitia speciali, quod est absurdum.

8. Atque animadversio dicendum est praedictam sam-

valde probabile est, si loquatur de malitia inobedientiae specialis, quae reducitur in transgressione praecepti, quod contingit cum contemptu legislatoris, in quo solum casu videntur hęre verba sententias allatas in probationem illius. Sed tunc enim dixerat dicere, quae contemnit superiorem non refundere circumstantiam in transgressione praecepti, quam qui is contemnit. Sed addendum est ut cum ideo ita debere contingere, quod circumstantias solum versatur inter legislatores, aut superiores circa eos, quod licet inter hos non detur tanta distantia, ac inter Deum, et creaturas, semper plus est dato ea, quae sufficit ad inducendam diversam distinctam numeraliter; unde diversam dicunt, et graviorem moraliter dicitur contemnere immediate superiorem, aut proximum aliquem in terris potestatem, ac contemnere alium superiorem, licet utrique competat potestas obligandi inferiores ad observationem suorum praeceptorum.

9\. Quando vero assumpta apparentia mendacii dicti Deo, et hominibus, non urget. 1º quia forsan D. Petrus suadere voluit intendere ostendere Ananiam in vanum laborasse occultando partem suorum, ut sibi reservaret, cum remaneret ipso Deo, qui etiam occulta, et secreta cordis manifeste cognoscit, ac proinde non exaggeravit maiorem deformitatem delicti, ex eo, quod mendacium esset dictum immediate Deo. 2º quia licet demum esset dicte, et prodierit specifice mendacium dictum Deo, ac mendacium dictum homini, adhuc subjectum materia dispar, nam ideo mendacium dictum Deo, dicitur graviorem deformitatem quia continet quendam errorem in fide, qui non involvit mendacium dictum hominibus, scilicet Deum esse fallibilem, et deceptibilem, quod certe non militat in transgressione praecepti Domini, et summi, ut patet.

10\. Quapropter si loquamur praecise de malitia inobedientiae specialis, quae reperitur in qualibet transgressione praecepti facta cum advertentia ad illud, dicendum est eam non diversificari ex diversitate praecipientium, licet unus sit increatus, alter vero creatus. Ita docent cum communi Sal. P. Valentia tomo 2 disp. 7 q. 3 p. 3. P. Lessius lib. 2º de iustitia et iure cap. 46 dubio 4º, et alii. Et haec satis suadet communis usus, et praxis fidelium etiam sapientium, qui in confessione numquam explicant, aut explicare obligantur, ad praeceptum de cuius violatione se accusant, sit datum a Deo, vel ab hominibus, quod signum est huiusmodi circumstantiam censeri non habere ad refundendam malitiam in peccata, quae transgrediuntur praecepta. Et ratio potest esse, quod praecisa violatio praecepti ut talis contingit, solum est contra virtutem obedientiae, quae dumtaxat respicit

potestatem

poterit obligandi in diversas, quae eadem fere est in omnibus superioribus vim materiae sibi subditae. Et in Deo est naturalis, in aliis vero superioribus creatis a Deo concessa pro quo vis alia diversa, quae reperiatur inter superiores per accidens est ad malitiam ex violationis praeceptorum. Cap. 2um. Angdo praecepta imponunt ex diversis motivis formalibus inducant diversitatem specificam in peccato. 21

Cap. 2um

Angdo Praecepta imponunt ex diversis motivis formalibus, inducant diversitatem specificam in Pecca[to]

11 Haec est 2o difficultas nostrae disputationis pro quo supponendum est circa eandem omnino actionem posse imponi, vel ab eodem vel a diverso superiore plura praecepta, ita ut quodlibet feratur ex diverso fine, aut motivo diversarum virtutum. Ita idem furtum vel sacrilegium prohibetur duplici praecepto, et ex duplici motivo formali; nam prohibetur generali mandato non furandi, ex motivo formali iustitiae, ut scilicet unicuique tribuat, et servet, quod suum est, et prohibetur speciali praecepto ecclesiastico, ex motivo formali Religionis, ut scilicet servet reverentiam debitam locis, et rebus Deo dicatis, quae spectat ad virtutem Religionis, et maxime contemnit furando rem sacram.

12 Rursus supponendum est praecepta saepe fieri de actione, quam praecipiunt immediate materia illius virtutis, ob aliud motivum formale fuisse imposita; unde violatio praecepti, aut omissio actionis, quae praecipitur est contra virtutem, quae fuit motivum formale praecepti. Ita ieiunium in die quadragesimae ex sua natura materia adversus temperantiam, si enim quis moderate vesceretur carnibus etiam in praedicto die nihil contra committeret contra temperantiam, at vero accedente praecepto ieiunandi fit ex sua natura ieiunium iam + ad servandam virtutem temperantiae; et illius violatio est contra talem virtutem. Quod docuit non videtur omnino probari a Patre Arriaga in sua disputatione [illegible] sectione [illegible] absolute contra in resp. [illegible] ad argumentum ait, [illegible] immediate carnes in die Veneris [illegible] violatio contra virtutem temperantiae, dum modo [illegible] quis comedat, quod est ex natura [illegible]. Similiter non fore ebrios, nec intemperantes, sed potius inobedientes qui contra mandatum superioris biberet vinum moderate, ut sitim extingueret. Itaque probat ex eo quod aliud longe peccatum sit, et quidem specie diversum, bibere vinum moderate tum ita ut nullo modo noceat, quod superior mihi tale [illegible] ob alias causas prohiberet

aliud aut bibere ad ebrietatem, in hoc enim casu homo est intemperans in altero solum, in bibendo.

13. Nihilominus standum est nostrae suppositioni, nam licet comedere carnes moderate etiam in die Veneris extra... sit simpliciter secundum virtutem temperantiae; at vero accedente praecepto, eam comestionem prohibente ex motivo speciali temperantiae, iam talis comestio est contra virtutem temperantiae. Ratio autem est, quia temperantia non solum inclinat ad fugiendas comestiones ex se simpliciter immoderatas, sed etiam ad vitandas quascunque comestiones, quas ex fine talis virtutis lex positiva prohibeat; ea enim comestio hic et nunc, et sub tali praecepto, non potest dici temperata, licet alioqui secundum se temperata sit, et moderata. Ad exemplum de bibente vinum moderate contra mandatum superioris, dicendum est, illum fore intemperantem, si tale praeceptum impositum fuit ex motivo speciali temperantiae; secus si ob alios fines. Licet tunc esset gravius peccatum bibere ad ebrietatem, quam bibere solum moderate contra praeceptum superioris, quia gravius laederet virtutem temperantiae se inebriando: sicut de facto gravius peccat, qui die Veneris immoderate vescitur carnibus, quam qui tamen moderate.

14. His praesuppositis communis sententia docet, peccata diversificari secundum speciem ex diversitate praeceptorum, quando haec imposita sunt ex diversis in specie motivis specialibus. Ita P. Vasquez 1a 2ae disp. 158 cap. 6. P. Castro Palao tractatu 2o de peccatis disp. 3a puncto 1. et P. Oviedo tractatu 6. de peccatis controversia 5. puncto 5. Et haec sententia: quia peccata opposita eiusdem praeceptis latis ex diverso in specie motivo speciali, opponuntur diversis in specie virtutibus, sed peccata opposita diversis in specie virtutibus distinguuntur in specie, ut diximus disputatione praecedenti cap. 2; ergo peccata opposita eiusdem praeceptis latis ex diverso in specie motivo speciali, debent diversificari secundum speciem. Maior constat ex 1a suppositione, in qua docuimus motivum speciale praecepti constituere rem praeceptam in materia illius virtutis, quae fuit motivum speciale praecepti: ergo non potest peccatum opponi eiusdem praeceptis, quorum quodlibet datum fuit ex motivo speciali diversarum in specie virtutum, quin sit oppositum diversis in specie virtutibus.

15. Confirmatur: nam diversa motiva specialia ex

quo

quo lata sit precepta tpoe facere, q. rei precepto sit gravit obligatoria in alliquibus circunstantiis contingis non sit absolute obligatoria : go et potest inducere diversas speciem in ipsa peccas. Antecedens : quia preceptum ecclesiasticum confitendi semel in anno non obligat absolute eos qui non habent conscientiam peccati mortalis ; at vero preceptum Pribus Benedictinis impositum confitendi singulis mensibus, eos graviter obligat, etiam si careant conscientia peccati mortalis ut cum Columba aliisque docet P. Suarez disp. 36. de penitentia sect. 2. Ratio autem huius discriminis solum est, q. preceptum ecclesiasticum latum est ex fine mundandi conscientiam a peccatis mortalibus, qui finis omnino cessat in carentibus conscientia pecci mortalis, at vero Benedictinis preceptum non impositum fuit ex solo fine mundandi conscientiam a mortalibus, sed etiam observandi, et augendi gratiam sanctificantem per hoc sacramentum, qui finis gratiae per manet in carentibus sola peccata venialia : go etc.

16. Hinc deduces 1°, furtum rei sacre duplicem in specie maliciam habere, nam manifestandam in confessione sacramentali, alteram contra iustitiam, quia opponitur precepto naturali et divino non furandi, q. latum est ex motivo formali iustitiae, alteram contra Religionem, quia opponitur precepto ecclesiastico non furandi rem sacram, q. datum non est ex eodem motivo iustitiae, ad hanc enim per accidens se habet, q. furtum sit rei sacre, vel prophane sed ex motivo formali Religionis, ut scillicet servet reverentiam debitam rebus sacris, unde virtus Religionis non prohibet furtum rei sacre, quatenus est contra iustitiam, vel inductivum iniustitiae, sed quatenus est illativum irreverentiae rebus Deo dicatis. Ratio vero est, q. motiva formalia horum preceptorum sunt in specie diversa, ac proinde inducunt diversam speciem in talem actionem.

17. Deduces 2°, effusionem sanguinis, aut seminis intra ecclesiam, praeterquam q. publica sit, et notoria non solum contra hanc maliciam iniustitiae, aut luxuriae, sed etiam esse sacrilegam, et contra religionem, quia prohibetur ab ecclesia in his locis intuitu Religionis, q. est diversum in specie motivum ab eo, q. habet alia precepta, quibus eadem effusio prohibita generaliter erat. Idem dicendum est de commixtione luxuriosa cum

virgine

Virgine, aut alia persona Deo dedicata. Deduces 3° propter eandem rationem duas in specie malitias committere, qui habet commercium cum consanguinea. 1° quia violat praeceptum non accedendi ad feminas non suas, quod latum est ex motivo continentiae. 2° quia violat alterum speciale praeceptum non accedendi ad consanguineas, quod latum est ex motivo pietatis, et reverentiae debitae consanguineis, quae sunt diversa in specie motiva, et talia horum praeceptorum etc.

18. 4° deduces unicam in specie malitiam incurrere qui carnes comedit in die Veneris incidente intra quadragesimam, aut in alio 4r anni tempore; quia licet opponatur duobus praeceptis, quorum unum generaliter prohibet esum carnis in die Veneris, alterum vero specialiter indicit ieiunium quadragesimale, in quo abstinentia est a carnibus, ambo tamen praecepta data fuerunt ex eodem motivo formali, scilicet ex motivo temperantiae; ac proinde sufficiet in confessione explicare, se in die quadragesimali carnes comedisse, quin sit necesse addere eum fuisse diem Veneris. Sed dubitare, an contra sufficiat dicere, carnes comedi in die Veneris. Ratio vero dubitandi potest esse, quia licet ea comestio sit contra duplex praeceptum, tamen motivum formale utriusque est idem: quod si propter hanc rationem sufficit dicere comedi carnes in die ieiunii quadragesimalis explicando unum tantum praeceptum, etiam sufficiet dicere comedi carnes in die Veneris explicando duntaxat alterum praeceptum, quod latum est ex eodem motivo.

19. Nihilominus existimo, non sufficere in sacramento poenitentiae explicare praedictam comestionem factam esse in die Veneris, quando incurrat dies ieiunii. Ratio est, quia licet ea duo praecepta ferant ex eodem motivo temperantiae, quodlibet tamen eorum praecipit diversis diebus, aliis diebus includentis ab incluso. Praeceptum enim quod datur pro diebus Veneris totius anni, solum praecipit abstinentiam a carnibus, at vero alterum praeceptum speciale pro quadragesima praecipit ieiunium. Unde qui solum explicat se carnes comedisse in die Veneris non explicat violationem ieiunii praecepti, quod frangit, etiam cum unicam carnis comestionem, at vero qui dicit se carnes comedisse in die ieiunii, iam taliter cum eam violat ieiunii explicat se violasse praeceptum

abstinendi

abstinendi a carnibus quod inclusum est in praecepto ieiunandi.

20. Obiies 1°: quod in die quadragesimae seu Vigiliae alicuius Sancti, ut Sancti Mathiae, comedens eo die non ieiunat, committit peccatum unius speciei, sicut transgrediens alios dies quadragesimae, ut fert communis opinio, et tunc illud peccatum opponitur aliis praeceptis ex diverso motivo formali impositis: ergo peccata non specificantur ex diversitate praeceptorum, quae fiunt ex diverso motivo formali. Respondeo negando, quia praeceptum ieiunandi in quadragesima datum est ex motivo formali temperantiae, seu afflictionis corporis, at vero praeceptum ieiunandi in Vigilia impositum est in cultum et reverentiam D. Mathiae, quod est motivum diversum in specie a 1°: ergo etc.

21 Ideo, cum duo praecepta habeant idem motivum formale immediatum, nempe temperantiam, aut macerationem corporis, et secundum praeceptum de Vigilia referatur huiusmodi temperantiam in honorem illius Sancti, quod est motivum remotum, cum autem dicimus diversa motiva formalia specificare peccata, intelligendum est de motivis immediatis, non vero de remotis. Idem dicendum est cum indicitur ab Episcopo ieiunium, ob aliquam afflictionem populi, aut ob impetrationem alicuius divini beneficij, seu gratiarum actione; etenim haec motiva remota, quae non diversificant in specie violationem ieiunij praecepti. Plures idem debet dicere quod qui omittit sacrum in die Dominica in qua etiam celebratur festum alicuius Apostoli, quia finis utriusque praecepti immediatus est Religio, et cultus Deo debitus, et praeceptum pro Dominica refferatur praedictum diei cultum in memoriam, et honorem resurrectionis Domini, et praeceptum pro festo in honorem Apostoli. Ita docent P. Thomas Sanchez libro 9 de Matrimonio disp. 15 n° 5 et 6°, et etiam in Summa, et alij Doctores quamplurimi.

22 Obiies 2°: Si praecepto naturali, aut Divino prohibente factum accedat aliud praeceptum Ecclesiae idem factum prohibens sub excomunicatione, tunc qui utrumque praeceptum transgreditur committit malitiam duplicis speciei, et tamen illa praecepta lata sunt ex eodem motivo tacite: ergo non est necesse quod praecepta ferantur ex diverso motivo, ut constituant peccata diversae speciei. Plures transgressio voti et iuramenti circa eandem materiam, habet duplicem in specie malitiam, et opponuntur prohibitionibus impositis ex eodem motivo Religionis: ergo. 3° quod Monachus Franciscanus omittit ieiunium die Veneris, in qua incidit Vigilia alicuius festi solemnis committit duplicem

in

in specie peccati, quia, et transgreditur preceptum sue regule precipientis ieiunium die Veneris, et etiam aliud preceptum ecclesiasticum, quod diebus [illegible] ieiunandi in vigilia predicti festi, etiam si utrumque preceptum ex eodem motivo imponat tempore ieiunium [illegible] igo. Denique sacerdos, qui omittit recitare officium divinum, ad quod tenetur etiam ratione beneficii ecclesiastici, duplex in specie peccatum admittit quia duplex preceptum, alterum ratione ordinis sacri, alterum ratione beneficii ut docet P. Thomas Sanchez disp. 15 citata, licet utrumque preceptum iniungit recitationem horarum ex eodem motivo Religionis: quia sola diversitas preceptorum sufficit ad derivandam diversam speciem in peccatis, etiam si ferantur talia precepta ex eodem motivo formali.

23. Ratione actus cessus, satis probabile est, non dari duplex in specie malitiam in eo furto etiam sub excommunicatione prohibito, quia ambo precepta prohibent idem objectum sub eodem virtutis motivo. Ita docet P. Thomas Sanchez, ubi supra, n. 5. et Torduva in sum. q. 44, ex quo docetur, non esse necesse in confessione explicare circunstantiam excommunicationis late quo tale furtum, nisi fuerit ad petendam absolutionem ab excommunicatione, vel si furtum dictum esset reservatum, ut petatur facultas absolvendi. Sed verum est, si vere datur duplex in specie malitia in eo furto, ut aliqui censent, id quidem provenire ex sola diversitate preceptorum, licet ecclesie preceptum quod latum sit ex motivo formali iusti, ecclesiasticum vero ex motivo specialis obedientie, et propter vitandam [illegible] fidelium quorum sit diversa motiva formalia sufficientia ad inducendam diversam speciem. Ita censet Henriquez lib. 5º de penitentia cap. 5.

24. Ad 3 casum. Qui dolorem transgressus voti, scilicet, et iuramenti reperiri duplicem in specie malitiam, in quo ratione diversorum preceptorum praesse, licet ratione differentie notabilis in illa duplici transgressione reperitur, etenim transgressione voti peccat non adimpletur Deo promissam in voto, et peccat quia fidelitatem Deo debitam, et transgressione autem iuramenti despicit Deum, quem testem adhibuit sue adimpletioni, et quasi facit testem sui mendacii, quam sit obstanti alter inesse diversa, et occurrant in eadem actione, aut eiusdem rei

vel omissione.

25\. Ad 3.um casum aliter rendum est, dari duplicem in specie malitiam inviolatione illa ieiunij facta à Monacho franciscano: at hec diversitas non provenit ex diversa multiplicatione preceptorum, quibus oppositum est ex motivorum specialium differentia; nam preceptum ecclesie consilia satisfacit ex motivo temperantie, specialis autem regula ieiunandi feria sexta diebus Veneris inducit novam obligationem religiosis illis ratione voti prestandi obedientiam regule. Unde talis Monachus in omissione ieiunij, et violat preceptum ecclesie, et transgreditur votum à se emissum obediendi sue regule.

26\. Ad 4.um denique ratio alterutrum probabilis dari in hoc casu esse malitiam duplicis speciei; etiam pars affirmativa teneatur recurrendum est ad aliam partiam propter solam diversitatem preceptorum, ut vere recurrit P. Thomas Sanchez citatus; docet enim sacerdotem obligari ad recitandum officium duplici titulo religionis, beneficiarium autem titulo iustitie; quia beneficium cum suis redditibus datur propter officium, et ecclesia statuit, quod beneficiarius, si non recitet, fructus non percipiat, nec faciat suos. Ecce tamen duplex malitia, que reperitur in omissione officij facta à sacerdote beneficiario, reducitur ad oppositionem cum duplici diversa virtute. Disp.o 16 de alijs peccatorum specificationibus. Cap. 1.um, quomodo peccata specificentur à suo obiecto?

Disp.o 16.

De alijs Peccatorum specificationibus

cap. 1.um

Quomodo peccata specificentur à suo obiecto?

N. 1. Communis sententia docet peccata desumere suas specificas distinctiones ex suo obiecto. Ita Sanctus Thomas 1.a 2.e q. 18. et q.e 72. art. 1. et articulo 6. ad 2.um. P. Castro Palao tract. 2.o de peccatis disp.a 3.o puncto 1. P. Amicus disp. 18 de peccatis sectione 1.a. P. Prepositus q.e 72 articul. 1. dubio 2.o P. Oviedo tract. 6. 3.o versia 5. de peccatis puncto 2. quam sententiam sic dicimus de probari solet. Probant aliqui, ut P. Amicus, quia id debet esse specificum peccati,

in

ing.ᵈ actus peccaminosus voluntatis tendit, et in quo sistit tanquam in suo ultimo et fine, q. P. S. obiectum est id, in quod actus voluntatis tendit, et in quo sistit, tanquam in ultimo suo, et fine: ergo obiectum peccati est ipsius specificativum. Aliter probat P. Valen., quia inquit de peccatum est transgressio legis rationalis: ergo nequit dari diversum in specie peccatum, quin detur diversa in specie transgressio legis naturalis: sed nequit dari diversa in specie transgressio, nisi propter obiectum specie morali diversum, dissonum rationi, et rationi: ergo etc.

2. Plures alii, qui peccatum consistunt in privatione, negant id specificare posse ab obiecto, quia, inquiunt, privatio non distinguitur specie ab obiecto, seu subiecto, sed a formis oppositis, quibus privat ipsum subiectum, ut caecitas non distinguitur specie ab ipso subiecto, cuius est privatio, sed a forma opposita, videlicet visu, qua privat ipsum subiectum, nam sive sit in homine, sive in equo, est eiusdem speciei: ergo privatio in qua sistit peccatum, non sumit specificationem distinctionem a suo obiecto. Videmus supra peccatum, quod sit commissionum in privatione consistere, quod propter hoc in nihil contra nos potest convincere; sed nihilominus, quamvis peccatum consisteret in privatione, adhuc disputari posset an sumeret suam speciem moralem ab obiecto, et quidem ipsius privationis (privatio enim nullum obiectum proprium habet, etsi habeat subiectum quasi receptionis, quod male hic confundit ab istis Doctoribus cum obiecto) sed ab obiecto ipsius actus, qui denotatur malus a tali privatione, nam hic diversa obiecta plurimum possunt conducere ad diversam specificationem, et notabilem differentiam peccati, quod quod sit an ipsa privatio secundum se sit, vel non sit diversae speciei.

3. Haec omnia, satis certa, et diffusa reperies apud Authores, unde clarius quod praemittendum est 1.º obiecta, vel posse esse formalia, vel solummodo materialia. obiectum formale, vel motivum, quod habet voluntas ad eliciendum aliquem actum, vel ad amandum aliquod obiectum. materiale vero obiectum est, quod vult amare voluntas, sive directe, sive indirecte, et propter aliquem finem diversum, et potest contingere, quod ex diverso motivo formali feratur voluntas in idem prorsus obiectum materiale, sic potest quis amare idem furtum, vel propter luxuriam, vel

propter vindictam exequendam. In quo eveniendat duplex, ad diversum movens finale circa idem obiectum male. Similiter est contra propositum ferri volo in duplex diversum obiectum male ex unico, et eodem motivo, et obiecto finali: ut si quis ex odio inimici, et illius mortem intendat, et famam eius grassaliter spectat, aut ex motivo luxuriandi, et furta committat, et intemperantiae subservulat.

4. Praemittendum est 2° obiecta actuum peccaminosorum posse dupliciter considerari, scilicet secundum esse physicum praecise, scilicet etiam secundum esse morale et pro diversa ratione. Ad iam considerationem illius discrevit entem obiecti secundum illam non attenta, et iam quod tenet, quod dimittit talem obiecti rationem diversam, scilicet nominis reali, potestatum distinctam, quod obiecta sint specie diversae secundum esse physicum, non tamen diversae secundum esse morale, ut commestio immoderata carnis, scilicet piscium, quae diversa est in specie rerum esse physicum, non tamen in esse morali, quia ad intemperantiam per accidens est, quod talis commestio sit scilicet piscium, scilicet carnis.

5. Praemittendum est 3°; diversitatem specificam obiectorum praecise secundum esse physicum, nihil posse conducere ad diversitatem peccatorum, quia talis diversitas peccatorum, quam inquirimus, debeat esse in ratione peccati, et deinde praestaxatinis moris parum refert ad hanc arguendam, quod actus respiciant obiecta solum secundum esse physicum diversa, si quoad esse morale, parum, aut nihil differant inter se. Id vero est, nam obiecta solum possunt tribuere diversitatem peccati, qualis in se habent: ergo si in se non habeant diversitatem moralem, scilicet solum physicam, non possunt tribuere peccati diversitatem moralem. Et contra, nec diversitatem quoad rationem peccati, de quo in praesenti disputamus. Incipit quod solum supererit difficultas, an diversitas obiectorum, quoad esse morale, specificare possit peccata.

6. Dico quod 1°; diversam specifica obiectorum finalium arguit diversitatem etiam specificam in peccatis. Probatur, quia finis est, qui praecipue tribuit moralitatem actibus humanis: ergo eo ipso, quod duo actus habeant diversos quoad speciem fines pravos, ipsi actus habebunt moralitatem diversam quoad

speciem

speciem peccati, scilicet obiecta generalia seu fines motivi, quos hic tractamus: quod eo ipso, quod habent diversa obiecta generalia quoad speciem, ipsi etiam actus erunt diversi quoad speciem. Itaque qui furatur ob finem luxuriandi, committit peccatum specie diversum, ab illo qui furatur ob finem elargiendi eleemosynas. Primum enim peccatum non solum est in specie furti, et contra iustitiam, sicut 2um, sed etiam continet speciem luxuriae, et est contra castitatem aut continentiam, quae diversas solum possunt convenire ex diversitate obiectorum generalium, cum obiectum materiale nempe furtum, idem sit ratione utriusque peccati.

7. Dices: In 1o peccato clare opponitur praecepto diversae speciei prohibente luxuriam, quod tamen non reperitur in 2o peccato intendente furtum propter eleemosynam: quo ex diversitate peccatorum non convenit ex diversitate motivi generalis, sed ex diversitate praeceptorum, quod manifestius patebit, si quis furaretur ob finem comedendi carnes in die veneris; tunc enim in casu tota diversitas reduceretur ad praeceptum diversitatis, nam si deficeret praeceptum prohibens carnes, non esset diversae speciei furtum ob finem illum comedendi. Sed hanc obiectionem nihil contra nos probare, nam praeceptum abstinendi a carnibus debet comestionem carnium inter omnes malas et illicitas reddere. Et contra ab isto praecepto convenit, quod tale motivum sit malum moraliter, hoc autem solum probat, quod motivum non esset malum, si non instaret praeceptum, non vero quod furtum non sumat diversam speciem a motivo comedendi carnes prohibitas. Item quod obiectum motivum non debet solum attendi secundum esse physicum et naturale, quod habet, sed secundum esse morale, ut diximus, et quod ad esse morale illius motivi concurrant circumstantiae legis, voti, loci, et si quae aliae sunt. Sic etc. quod sic omnia debent attendi ut motivum inducat in peccata diversissime specificeam sunt ex moris, unde si e duobus hominibus alter furaretur ob finem comedendi carnes sibi prohibitas, alter vero ob finem eas comedendi quando non sunt sibi prohibitae, quilibet [illegible] erit diversum cum generale motivum non [illegible] sunt ex [illegible], quia utraque comestio esset circumstantia

Iis sppet. gris ad ea physic, sed tn. ea moralia, quae eadem omnino absq. precepto prohibente distincta sunt moraliter ex eo q. seipsis instat preceptum abstinendi ab omnibus.

9. Dico 2°. diversitas specifica obiecti materialis non inducit diversitatem specificam in peccato. ad ex eodem obiecto formali motivo possit voluntas ferri in plura obiecta materialia specie morali diversa, iam vitio desiderat Calui [illegible] [illegible]. Ac autem Nec sola diversitas obiecti materialis sufficiat ad diversitatem peccatorum. Probatur a priori, q. dissonantia actus humani cum norma morali non desumitur ex obiecto formali et motivo, quod dat ipse actus, et ex obiecto mali, quod ipse tangit, liber et imputabiliter. ergo tandem erit diversus in specie obiecti male, et ex eodem motivo diversa dicitur in specie dissonantia cum norma mali. ergo ex diversitate solius obiecti mali arguitur diversitas peccati, quam tum ubi motivum sit [illegible] idem. Utraque consequentia constat, antecedens autem probatur, nam ideo actus voluntatis desumit suam dissonantiam moralem ab obiecto formali et motivo malo, quia libere fert se, et affirmat ad id, quod malum et prohibitum est, non debitae, quia fert ad malum, tamquam ad motivum, sed etiam quod tangit obiectum male malum, fert se liberi et affirmat ad id quod malum et prohibitum est: ergo etiam debet desumere suam dissonantiam moralem ab obiecto mali. Maior probatur, quia quod quis amat aliquod obiectum male malum ipse fuit, ob finem alioqui esse bonum, aut indifferentem, et mittit [illegible] specificata contra iustitiam, sed tunc ille actus non desumit suam dissonantiam moralem ex motivo, quod ex se indifferens, aut bonum est, ergo eam desumit solum ex obiecto mali, quia nimirum libere fert se et affirmat ad id, quod malum, et prohibitum est.

10 Infertur ex dicto 2°. et 1°. q. quis ex odio contra proximum eum dissimode [illegible], scilicet in bonis fortunae

et in bonis famae, et furti, et detractionis, duplex in specie peccatum
committeret, specialiter declarandum in confessione, uti docet P. Suarez
disp. 6. de Charitate debita proximo, sectione 2. sed tunc sola esset
diversitas in obiecto mali, ut patet: ergo etc. Plures, et probabilissimam
opinionem, quam tenent P. Suarez, P. Salas, P. Thomas San-
chez, et Ioannes Sanchez apud Dianam 1. p. tract. de circumstantiis
aggravantibus resolutione 28, qui ex odio quam inimicum dixit, quo
ad speciem iniuriis illum afficeret, nempe vocando latronem, sodo-
mitam, Iudaeum etc., committit tot peccata in specie, quot sunt species in-
iuriarum, quas profert, solum ob diversitatem obiecti materialis: ergo diversitas
specifica obiecti etiam materialis arguit diversitatem specificam in peccatis: Et
et ipse Diana ibi oppositum teneat, scilicet non esse plura in specie peccata,
nec explanandam rationem in confessione, id tamen docet quia forte iudicat,
eas iniurias pares, aut nihil differre quoad speciem moralem.

11. Dico 3° diversitas obiecti, sive formalis, sive materialis
non est necessaria ad diversitatem specificam peccatorum, sed possunt haec evadere diversa
quoad speciem saltem subalternam, quamvis obiectum sit idem tam physice quam
moraliter, et quidem posse dari diversa quoad speciem peccata circa idem physice
obiectum satis liquet ex supra dictis, nam peccata specificantur ex plura-
litate praeceptorum, quae feruntur ex diverso in specie motivo formali, sed idem physice
obiectum potest prohiberi pluribus praeceptis ex diverso in specie motivo impositis: ergo
nulla posita diversitate quoad obiectum in dato possunt peccata diversitatem specificam
haurire ex diverso in specie motivo praeceptorum, et contra stante eodem
obiecto quoad physicum possunt peccata evadere quoad speciem diversa, quod
autem idem teneat etiam quando obiectum est moraliter idem, probatur, quia voluntas
non potest diverso quoad speciem modo tendere in affectum in idem
moraliter obiectum; sed ex hoc diverso modo tendendi potest desumere diversitatem
specificam, quare non est necessaria diversitas specifica obiectorum etiam quoad morale
ad hoc ut peccata differant in specie. Declaratur: nam peccatum veniale
quod tale est, solum defectu deliberationis, aut plenae libertatis, distinguitur quoad
speciem

spem salt. subalternas a pecco morli tendente circa ids obiy compleru
delibtioe, et Libarte, S. hec dixsas n dennit ex obto, q. supplitur
proxq ids, etias moralit, S. ex solo dixso mo tendendi scienter ex
actus peccinosi: qo posst pecca ee in spe diversas, nulla posita dixsate
etiam quoad ee morale indbto. Cap. 2y, quomo pecca specifentur
a cais, a circunstis, et a poena, quas merentur.

Cap. 2um

Quomo Pecca specifentur a cais, a circunstijs et a Pœna, quam mærent?

12 Imprimis certuse, peccas n specifari a caise ffentibus aut quasi effentibus, si pralsse spectentur secundus ee phyeus, nas ab eadem phycas volate posst pcedere peccas, quoad spec diversas, ut pt experias, et similter a dixsis quoad spec voluntibus, posst eadeinspe pecca dimanare. Luxus a ludo, et a somno sepius caat eade omissio sacri indie festo, qui e eiusd spei, sive ab hoc, sive ab illo impedimto pcidat. Itidem in spe homicidium patrari poe gladio, igne, aut veneno, qui sut cai vistrialy. Deinde certy e specifari peccas a cais finalibus, et moviz, utias diximus cap. præcedenti.

13. Difficas vero e, an ex sola dixsate caarus quoad ee morale posit arqui dixsas speci fas peccory, et videtur a ffirve rendy, nas etias in spe dissonas morales poe here, tacu qui e reo, q pcidat ab hoc, sd ab illa caa, quoad morale dixsas. Itaut homicidy factu ab hoe laico, dicy e in spe, ac qdo fit a sacerdote qui dicitur videt soly pvenisse a dixsate caory, simit eadem actio externo facto ab Episcopo de Persona sollic dignatis poe ee peccy grave, qui tn si fieret ab hoe vulgari esset soly culpa levis: qo ex sola dixsate caarum a quibus peccas pceduit, poe arqui dixsor specifica peccory, imo, et eo dixsitory, qui repesitur inte mortale, et veniale.

14. Sed in hoc difficultate dicendum existimo, non ex qualibet diversitate etiam morali obiectorum, quae peccant, argui diversitatem specificam peccatorum, alioquin omnia peccata facta ab Episcopo v.g. Rege etc. quoad speciem diversa a peccatis quae fiunt ab homine vulgari, cum procedat a persona, quoad esse morale, quasi specifice diversis. Nihilominus aliquando diversitas personarum quae peccant talis est, ut propter illam hae personae subiaceant diversis in specie praeceptis etiam circa eandem actionem, ut v.g. diverso modo prohibitum est homicidium sacerdoti, quam laico, ratione diversi status, quem utraque habet: similiter diversimode prohibetur religioso luxuria, quam saeculari; in hoc autem eventu quis dubitet diversam personarum moralem arguere saltem materialem diversitatem specificam peccatorum, quandoquidem arguit diversitatem quoad speciem praeceptorum, quae ut supra diximus, refundunt etiam diversitatem eandem in ipsa peccata.

15. Aliquando etiam possibile est, diversas morales peccantium, ut absque ullo praecepto per se diverso comprehendente potius unam personam quam alteram, arguat nihilominus dissonantiam moralem notabilem diversam in eadem; et in hoc casu diversa persona peccantium arguere diversam peccatorum. Ita diversum in specie peccatum committeret Episcopus coram populo incontinenter se gerens, quam homo vulgaris, quia id ipsum praestaret, quae diversorum moralis dicenda foret ad diversitatem personarum.

16. Quoad circumstantias dicendum est, eas aliquando arguere diversam specificam peccatorum, aliquando vero non; regula autem ad hoc dignoscendum difficilis est. Sanctus Thomas 1.2. q. 18 art. 11 in corpore docet illas circumstantias, quae non augent malitiam, nisi praesupposita aliam malitiam, introducere diversam speciem, ut v.g. nisi furari esset aliquid malum, certe furari multum malum non esset; unde infertur, quod multum furari, non est circumstantia deducens furtum in diversam speciem, licet peccatum furti intra suam speciem augeat. Rursus docet eas circumstantias, quae videntur malitiam addere, non supposita priori, aliam inducere diversam speciem. Haec regula non tamen videtur falsa, quia difficilis

et

et obscurae explanationis. Et quidem interpretes D. Thomae in ea explananda
multum laborant, et nihil efficiunt; nam si supponere aliam malitiam
priorem, et illam necessario requirere, ut circumstantia tribuat malitiam; sane
circumstantia rei sacrae in furto videtur praesupponere malitiam furti, ut tribuat malitiam
irreligionis, nisi enim acceptio rei sacrae esset furtum, non esset sacrilegium illam
accipere: quo circumstantia, quae praesupponit aliam malitiam priorem, potest tribuere
novam speciem: si non praesupponere aliam malitiam priorem, nihil aliud sit, quam
posse separari realiter a malitia, quam tribuit circumstantia ab alia malitia,
cui superadvenit, hoc etiam videtur difficile, nam in homicidio sacerdotis
circumstantia sacrilegii non potest realiter separari a malitia homicidii; et tamen debet
Sanctus Thomas asserere hanc circumstantiam non praesupponere aliam malitiam priorem
ut pote quae tribuit novam speciem homicidio.

17\. Et sit quam quidem quod refert, ad hoc ut inducant
diversas species, quod istae malitiae sint realiter separabiles, aut non. Nec satisfa-
cit D. Vasquez, qui docet hanc separabilitatem debere esse realem inter
quas una malitia possit decipi ab alia, quo malitia, quam tribuit ex
cessio in materia furti, et quae dicitur ratione auget speciem furti potest in tantum
separari ab alia priori malitia, ad quam tribuit augmentum, in quantum
valide si [illegible] attingit, ut si quis furatur centum supra viginti aureos, ma-
litiam illorum centum potuisset realiter separata a malitia aliorum viginti,
quapropter explicamus D. Thomam, ea regula solum intendisse illam
circumstantiam non tribuere novam speciem, quae solum dat malitiam rationem augmen-
ti prioris malitiae, quam reperit in actu, illam vero tribuere novam spe-
ciem, quae dat malitiam non per esse rationem augmenti supra priorem malitiam, sed
ex alio capite diverso. Sic meam assero huic explanationi sequenti exemplo, etenim
in furto potest concurrere duplex circumstantia, nempe circumstantia rei sacrae,
quae inducit novam speciem sacrilegii, et circumstantia maioris valoris
rei ablatae, quae non mutat speciem, sed eandem auget. Disparitas, quod
secunda circumstantia non tribuit malitiam nisi furto, in hoc quod malitiam priorem
auget, sed quia facit quod illud furtum sit contra reverentiam debitam ecclesiae quod
ex capite longe diverso ab eo, unde furtum desumebat suam malitiam priorem,

at

at v.o secunda circunstantia, quae tribuit malitiam furti, quae auget malitiam
priorem, scilicet moraliter caput, unde illa circunstantia maioris valoris
in re ablata furti hauriat malitiam, nullo alio invento, quam ipsam
unde furtum desumit suam priorem malitiam, nempe ex re ... sit contra
iustitiam. Hanc iudicavi esse mentem D. Thomae insequutam a se ad dictam
quaestionem dignoscendis circunstantiis, quae inducunt novam speciem, sed quia
adhuc manet in nihilo obscura, tradenda est clarioribus terminis.

18. Dicendum est 2.o, eam circunstantiam inducere novam speciem,
ratione cuius evadit actus cum dissonantia speciali in moribus diversa ab illa,
quam habebat substantia actus, ut circunstantia coniugis alterius in fornicatione
afferit novam speciem, quia ratione illius evadit actus cum speciali dissonantia in-
iustitiae diversa ab illa, quam habet de se substantia actus, at vero circunstantia
maioris valoris in furto, non afferit novam speciem, quia ratione illius, furtum
non evadit cum speciali dissonantia diversa a substantia actus, tunc autem ratione
circunstantiae evadit actus cum speciali hac dissonantia diversa ab ea, quam habet
substantia actus, quando ratione illius opponit actus alteri diversae virtuti, vel diverso prae-
cepto, vel denique quando habet aliquod aliud caput, ex illis, quae supra diximus
esse specificativa sufficientia peccatorum.

19. Pergo tandem ad ultimam suum capitis difficultatem
de poena, quam peccata merentur, an scilicet diversa suum inducat diversam
speciem ipsis peccatis: pro qua supponendum est, quaestionem non esse de poenis
humanis, quae in hac vita peccata puniuntur a iudicibus, quia legisla-
tores sunt inpunitae non semper spectant meritum, aut gravitatem delicti,
in se, sed bono communi externae reipublicae tranquillitati obstat, quoniam
ea peccata gravius puniunt, quae sunt reipublicae tranquillitati magis nocent,
et a Deo sunt leviora, ita gravius puniunt in republica. Homicidium
quam furtum, quamvis hoc sit gravius peccatum apud Deum: est ergo quaestio de
poena, quam ipsa peccata demerentur, seu potius de ipsa dignitate ad
poenam, quam de se sunt peccata.

20. In quo puncto etiam distinguenda est duplex
diversam

diversas pœnę, alia quoad physicum, alia quoad morale; pœna verberum, pœna privationis bonorum, et pœna mortis, aut infamiæ distinguuntur quoad esse physicum; quoad morale vero existimo solum distingui penes secundum maius, et minus gravitatis, et prudentum existimationem; unde possunt aliquæ, quæ duæ pœnæ maxime distinguuntur quoad physicum, etiam quoad esse morale non distinguantur, quia attenta iusta existimatione sint æquales quoad gravitatem. Hinc est, quod nullum peccatum de se mereatur pœnam in aliqua determinata specie physica, ut in verberibus, aut in exilio, sed in tali determinata gravitate, sive sit in hac specie physica, sive in alia, quod similiter dicitur de actionibus se habentibus ad exemplum, ut talis, ut sic enim solum respicit afflictionem peccantis, quæ afflictio potest esse æqualis, quamvis materialiter sint quoad physicum diversæ.

21. Unde patet, quod diversitas pœnarum quoad physicum non potest arguere diversitatem specificam in peccatis, tum quia a nulla specie moralis peccati respicitur determinata species physica pœnæ, ut diximus, tum etiam, quod quamvis respiceret pœnam sufficienter ad diversitatem moralem peccatorum, cum eadem malitia moralis posset esse in peccato merente verbera, ac in alio merente exilium æquivalens quoad afflictionem verberibus, solum ex potest deducere ad diversitatem peccatorum, diversitas quoad moralem pœnarum, quas de se merentur, cum quod diximus diversitatem quoad morale pœnarum, solum posse consistere in maiori, et minori gravitate, seu in afflictionis inæqualitate, superest ut de hac solum disputandum sit.

22 Dico 2° inæqualitatem pœnarum, potest arguere peccatorum inæqualitatem, quam diversitatem specificam potest, quia peccata possunt esse eiusdem omnino speciei, quamvis mereantur pœnas quoad gravitatem inæquales, ut patet in furto viginti aureorum, et in alio furto quadraginta, quod duplo maiorem pœnam meretur, quamvis sit eiusdem speciei cum alio furto priori. Rursus possunt peccata esse diversæ speciei, et æqualia quoad gravitatem, ac proinde mereri æquales pœnas: ergo nec inæqualitas pœnarum arguit diversitatem specificam peccatorum, nec æqualitas potest arguere in illis identitatem quoad speciem. Hæc diximus de diversitate quoad speciem infimam, alioquin iudicandum est de diversitate

quoad

quoad speciem subalternam, quia pecc. mortale, et veniale distinguuntur inter se per inaequales poenas adeo magno sit, ut una sit aeterna, et altera temporalis. Sane huius inaequalitas poenarum arguit diversam in peccatis quoad speciem venialis, et mortalis, quia nullum veniale meretur poenam aeternam, nec ullum mortale poenam dumtaxat temporalem. Hoc autem non convenit, quod inaequalitas poenarum, debeat inferre diversam specificam peccatorum. Sed quod ipsa summa inaequalitas inter poenam aeternam, et temporalem infert summam aeternam inaequalitatem in peccatis, cum ideo talis inaequalitas non possit reperiri nisi inter mortale, et veniale, inde est, quod quoad illam arguatur unum ex illis peccatis esse mortale, et alterum veniale.

23 Dico 2°. Huius inaequalitas poenae non arguit inaequalitatem peccatorum, quoad gravitatem a priori: quia illorum gravitatem desumimus tamquam a causa ex poena illis debita, quia gravitas poenae supponit peccati malitiam et illius gravitatem aliunde sumptam, tamquam talis praecedit ipsum, ideo enim peccata puniuntur tali determinata gravitate poenae, quia ipsa sunt talis determinatae gravitatis, non e contra: ideo gravitas poenae non arguit a priori gravitatem peccati, imo nec ipsa condignitas poenae potest a priori arguere gravitatem peccati, quia et haec condignitas sit in ipso peccato, est tamen tamquam passio metaphysica consequens ad peccati malitiam, et gravitatem, aliunde eius aequalitatem, Superest quod ergo quod tam poena ipsa, quam condignitas ad illam arguat solum a posteriori gravitatem peccati. Disp. 17 de specificativo pecc. omissionis.

Disp. 17.

De Specificativo Pecc. Omissionis.

N. 1. Hucusque locuti sumus dumtaxat de peccatis omissionis, superest, ut videamus an aliqua specialitas sit in peccato omissionis quoad suam specificationem, et quidem cum praecepta affirmativa possint violari tam omissione, et pura omissione, vel praecepti, quam actu positivo, quo quis velit omittere rem praeceptam, ideo utroque modo, quo peccatum omissionis disputandum in praesenti est. Cap. 1. quomodo specificentur peccata

omissionis inter se separata?

CAP. 1um

Quomodo specificentur pecca inter se separata?

2. Non solum pecca omissionis esse speciei eiusdem tam clare

pt quam non solum omissionis intra eandem speciem versari, sicut enim dixi singe

apparent dissorum moralem in rebus prohibitis. Itaque omissioni bonorum, quae prae

cipiuntur, quod sicut non eam malitiam aequalem prohibent, ita nec omnes per se aequalem

praecipiunt. Unde tanta diversitas malitiae potest esse in omittendo, quae sunt praecepta,

quam in faciendo, quae sunt prohibita, sicut ea assignavimus. Quod Cajetanus addit in eandem

diversitatem specificare peccatorum, quae praecepta ratione sua devenerit, dependere ad

diversitatem specificam, cognoscendam in peccatis, quae sunt contra praecepta affirmativa, et vocamus

omissionis.

3. Quaeres Suarez cap. 13 de peccatis sectione 1 docet esse

peccata omissionis esse quoad speciem diversa, quae opponuntur actibus quoad speciem

diversis, sive quae privant actibus specie distinctis, quod ita docet hic specificari

ab his, quos removent a subiecto, ideoque asserit de peccatis omissionis,

quae sunt velut quaedam privationes [illegible] si quod quod quoad physicum sint

actus positivi [illegible] praecepta affirmativa. Haec sententia, utrumque vera

sit non satis declarat specificationem peccatorum omissionis, nam si loquitur

de specificatione sufficienti [illegible] de ratio, si loquatur de specificatione na

turali, videtur falsa, quia duae omissiones eiusdem actus possunt esse diversae

speciei moralis, ut si omissio eleemosynae in hoc necessitate proprii illis elargi

endi est duae speciei moralis, ab omissione eiusdem eleemosynae in necessitate vero

dandi eleemosynam: quo opposito addiscorum quoad speciem, non est ratio ad

diversam specificam peccatorum omissionis; si autem loquatur de specificatione sufficienti,

non minus falsa videtur, quia omissio audiendi sacri, et omissio ieiunii,

aut flagellationis corporis opponuntur actibus quoad speciem distinctis, ieiunium enim

aut flagello corporis distinguitur quoad speciem ab auditione sacri. Si non

due

hs duo omissiones n̄ semp̄ sunt distin spē: q̄ omissiones opponuntur
diversis quoad spem actibus, n̄ ē tamen sufficiens ad eas distinguendas quoad
spem. Probatur minor, q̄ si quis solum teneatur ad eundem actum ex precepto
confessarii iniungentis penitentiam pro satisfactione peccatorum n̄ videtur plura
in spē peccata admittere in illis duabus omissionibus, nec tenetur
confitendo explicare, se omisisse sacrum, ieiunium, aut flagellationem corporis,
sed sufficit, si dicat se omisisse gravem penitentiam iniunctam: q̄ [illegible]

4. Propter explanandam caream generalis in hunc modum
scilicet tunc omissiones peccatorum dispari spē, q̄ opponuntur actibus
qui secundum q̄ debiti sunt, distinguuntur in spē. Pro quo supponendum ē
actum secundum se posse pertinere ad unam virtutem, et tamen secundum q̄ hic,
et nunc debitus, ex precepto ei posse pertinere ad aliam virtutem longe
diversam, ut actus amoris Dei sub ordine ex sepe pertinet ad virtutem charitatis
theologice, et tamen similiter precipitur talis actus solum ex motivo obedientie,
et subiectionis ad prelatum, aut ex motivo satisfactionis pro peccatis,
iam talis actus secundum q̄ debitus ē hic et nunc, n̄ pertinet ad virtutem
charitatis, sed ad virtutem obedientie, aut satisfactionis pro peccatis, quia hic,
et nunc n̄ debetur ex virtute charitatis, ut suppono, sed obedientie, aut
satisfactionis. Unde fit, q̄ possunt duo actus secundum se distingui
quoad spem, et tamen esse eiusdem spei secundum q̄ debiti sunt, q̄
possunt ex eadem virtute deberi actus, qui secundum se pertinent ad diversam
speciem, et e contra, possunt duo actus, qui secundum se sunt eiusdem spei,
deberi hic, et nunc ex diversis in spē virtutibus.

5. Dico 3. q̄ ista diversa specifica, que versatur
inter actus positos secundum q̄ debiti sunt ē sufficiens, et necessaria ad inducendam
diversam specificam in omissionibus peccatorum, que talibus actibus opponuntur: alio
autem diversa, que versatur inter eosdem actus secundum se attentos, nec ē sufficiens

nec

nec naria ad talis diversas omissionum: Probo a priori: quia omissio secundum suam speciem moralem secundum quod est peccaminosa, scilicet non est peccaminosa, ut opponitur actui secundum speciem, quam habet secundum se, sed ut opponitur illi secundum quod debitus est: ergo omissio desumit suam speciem moralem, ut opponitur actui secundum quod debitus est: ergo sola diversas specifica, quae versatur inter actus secundum quod debiti sunt est sufficiens, et necessaria ad diversas specificas inducendas in omissiones illorum; sola minor huius discursus probatione indiget. Probatur autem facile; quia ut omissio sit mala moraliter, non sufficit quod opponatur actui bono, ut patet, alioqui sic, et nunc quando non instat praeceptum charitatis, esset peccatum omittere actus amoris Dei, quod ... continuo admitteremus, quando bona opera omittimus; sequitur ergo, quod talis omissio opponatur actui debito ex aliqua virtute, aut praecepto: ergo non erit peccaminosa, ut opponitur actui secundum speciem, quam habet secundum se, sed secundum quam est ex debito, sola quod haec diversas attendenda est.

6. Casus vero sine captio, quare illae duae omissiones eleemosynae, altera in sente praecepti, altera in sente voti sit diversae speciei, quamvis opponantur duabus largitionibus eleemosynae eiusdem secundum se sent... laudes speciem, scilicet, quod illi duo actus secundum quod debiti sunt pertinent ad diversas species, cum alter debeatur ex praecepto charitatis quae proxima, alter vero solum ex virtute religionis, et obligatione voti. Similiter omissio sacri, et omissio ieiunii non sunt distinctae speciei, quod ieiunium, et sacrum iniuncta fuere a confessario solum ex modo satisfaciendi pro peccatis, quod et ieiunium, et sacrum secundum se pertineant ad diversas virtutes, at vero sic, et nunc solum debita erant ex eodem praecepto; non enim ille sumo peccati in suis omissionibus, quia virtus abstinentiae, aut religionis illum obligat ad ieiunandum, vel audiendum sacrum, sed quia eo utiturus praecepto confessarii imposito.

7. Dices: unde nam cognoscere potuit, quod actus quibus opponuntur omissiones peccaminosae, disquirant in specie secundum quod debiti sunt, vel non disquirant? Respondeo et dico, id posse optime cognosci recurrendo ad capita

et

... Ex quibus tales actus, qui si fuerint dista in spe, etiam ipsi actus distinguunt secundum debitum est, v.g. duae recitationes Rosarii Virginis, quae secundum se non distinguunt in spe, si una altera debeatur ex voto, altera vero ex praecepto confessarii poenitentiam iniungentis pro peccatis, erunt diversae speciei, secundum quod debitum est, quia principalia et capita ex quibus debentur eae recitationes, nempe votum et praeceptum confessarii etiam distinguunt quoad speciem, ac proinde qui ipsas omisit eas duas recitationes, duplicem malitiam contrahit, alteram contra votum, alteram contra praeceptum confessarii, quia capita et principia, ex quibus debitum erant illae recitationes, sunt dista quoad speciem, et consequenter recitationes distinguunt quoad speciem secundum quod debitum est, id est secundum se attinet ad earum speciem quo tincant.

Cap. 2.um

An peccata omissionis differant quoad speciem à Peccatis Omissionis?

8. Pro ... differentiis circa peccata omissionis, et omissionis inter se comparata ... quodlibet ex illis oppositum diverso quoad speciem praecepto, aut contra distinctas in specie virtutes, certissime, illa discrepant in spe illa peccata, non minus quam duo peccata omissionis inter se distinguuntur, quando adest aliquod ex praedictis specificativis. Solum quaeritur differentia circa omissionem et omissionem oppositas eidem ... praecepto, et contra eandem ... virtuti, an scilicet ... distinguant in spe ea peccata ex eo solum tantum, quod unum sit omissionis, alterum omissionis, et quidem non loquimur de ... peccatis quoad ..., ut sic enim constat distingui plusquam spe, imo et plusquam genere, cum unum sit ... aliud, pura natio, loquimur de ... quoad spem moralem, et in ordine ad explicationem illorum in confessione sacramentali.

9. Pro quo supponendum est, quod si liber praeceptum iniungens aliquod opus ... ex quibus accipit denominationem praecepti ...,

Seu

scripsi) esse sub saltem virtualiter natura, nam eo ipso, quod praecipiat aliquod opus positivum, saltem virtualiter prohibet affirmativum positivum oppositum ad implectioni praecepti affirmativi satisfacienti contra opus positivum, quale virtualiter intimetur, v.g. qui praecipit circa + expresse auditionem Sacri in die festo, saltem virtualiter prohibet voluntatem positivam non audiendi Sacrum in tali die. Probant aliqui hoc suppositum alioqui firmum, et stabile, ratione admodum debili, quod nimirum, qui praecipit aliquid fieri eo ipso censetur prohibere quamlibet causam impeditivam rei, quae fieri praecipitur; sed sic est, quod voluntas positiva non faciendi rem praeceptam est causa impeditiva rei, quae fieri praecipitur: ergo eo ipso, quod aliquis praecipiat formaliter, et expresse aliquam rem, prohibet saltem virtualiter voluntatem positivam non faciendi talem rem praeceptam.

10. Haec ratio praeterquam infirma est, quia si teneret, sequeretur per tale praeceptum affirmativum, saltem virtualiter prohiberi reliquas operationes positivas, quae impediunt rem praeceptam, ut ludum, aut somnum, quae impediunt auditionem Sacri in die festo; at vero non est minor illius discursus: quod scilicet voluntas etiam efficax non audiendi Sacrum in die festo sit impeditiva ipsius talis auditionis; nam si haec voluntas habeat solum primo quadrante diei festi non potest impedire auditionem Sacri praeceptam, quia superest reliquum mane in quo possit adimplere praeceptum, quod non instat illo primo quadrante diei certum: ergo illa voluntas non potest esse impeditiva ipsius talis auditionis praeceptae, imo si quis habeat talem voluntatem non audiendi Sacrum praeceptum in die antecedenti diei festum, in quo urget praeceptum, peccat contra praeceptum positivum audiendi Sacrum, quamvis sciat talem voluntatem non duraturam in die festo, imo quamvis non possit durare: ergo non est peccatum talis voluntas, quia sit impeditiva actionis praeceptae, sed ex alio capite; ut manifeste constat, nam alioqui non esset peccaminosa.

11. Reliquum ergo probandum est nostrum suppositum, quia scilicet qui praecipit actionem aliquam, prohibet eo ipso omissionem illius, idem enim est formaliter praecipere actionem, ac prohibere illius omissionem, cum nullo alio modo possit implere tale praeceptum affirmativum, nisi per positionem

talis

tali actionis, & quam etiam implet preceptum prohibens omissionem istam, sicut non alia ratione potest violari utrunque preceptum, quam per omissionem vel precepti, & quam omissionem, et non ponit rem preceptam, et ponit omissionem prohibitam: qui ergo prohibet omissionem, virtualiter prohibet assumptionem ad talem omissionem, independenter ab hoc, quod talis assumptio sit causa omissionis, scilicet impeditiva actionis precepti; sicut qui prohibet furtum, virtualiter prohibet desiderium furandi, quamvis hoc non esset causa influens in furtum, aut non esset impeditivum omissionis furti, qui precipit & tale preceptum non furandi, ut potest contingere, quando furtum ipsum impedit ipsi desideranti furari.

12. Hinc: contra quodlibet preceptum formaliter affirmativum v.g. preceptum audiendi Sacrum, posse dupliciter peccari, scilicet per puram omissionem Sacri oppositam tali precepto quatenus affirmativum est, scilicet per assumptionem non audiendi Sacrum, aut per quodlibet aliud opus incompatibile cum Sacro: hoc 2° modo violatur preceptum audiendi Sacrum, quatenus virtualiter est negativum, et prohibet assumptionem non audiendi Sacrum, et quodlibet opus cum ipso incompatibile: inquiritur ergo: an peccata opposita eidem precepto, sint diversa specie ex hoc solo capite, quod unum peccatum sit contra ipsum, ut formaliter affirmativum est, alterum contra idem, ut virtualiter est negativum? In qua difficultate P. Granado contra vers. 6. de peccatis 2° disp. virtualiter videtur affirmativam partem insinuare cum aliis ab ipso relatis: P. contrariam sententiam appellamus.

13. Dico 1°: qui peccant per puram omissionem precepti affirmativi, quatenus formaliter affirmativum, ceteris paribus minus graviter peccat quam qui preceptum idem violat, quatenus virtualiter negativum est, per assumptionem qua expresse nolit rem preceptam efficere. Probatur: nam hic 2us modus peccandi arguit expressam malitiam liberam, et adversam circa violationem precepti, per quam quis violans assumptionem ostendit ergo preceptum, et contra arguit maiorem malitiam in transgressore precepti; ergo qui per actum positivum expresse non vult facere rem preceptam; ceteris paribus gravius

delinquit

delinquit, quam qui ipsum preceptum violat per puram omissionem.

14\. Dico 2º: Subiudi duo peccata manent prorsus intra eandem speciem moralem. Prob.: quia subiudi differentia peccandi in estimatione morali parvi momenti est, nec sufficiens de se ad inducendam dissonantiam notabiliter diversam in genere moris: ergo manent intra eandem prorsus speciem moralem; non enim quaevis peccatorum inaequalitas arguit diversam specificam. Hinc est, quod in ordine ad sacramentum poenitentiae non est necessarium explicare an violaveris preceptum affirmativum, v.g. audiendi Sacrum per meram omissionem illius, an per actum positivum, quo expresse induxeris non audire Sacrum preceptum.

15\. Dico 3º: qui per opus positivum, alioquin de se indifferens, sed hic, et nunc impeditivum praecepti, transgreditur preceptum affirmativum, non gravius peccat, quam si idem preceptum violaret per meram omissionem rei precepti, et continetur intra eandem speciem peccati. Prob. 1º: nam illud opus positivum, v.g. ludus impeditivus auditionis Sacri praecepti non est ex alia causa malum, quam ex eo, quod causat omissionem Sacri, aut quatenus est ut talis omissio Sacri: ergo nequit habere maiorem, aut graviorem malitiam, quam ipsa voluntaria omissio Sacri. Cons. Prob.: quia si praescindatur ab eo, quod ludus causet omissionem Sacri, aut auditionem Sacri impediat, talis ludus nullam prorsus malitiam habebit: ergo non ex alio capite malus est, quam ex eo, quod causat omissionem Sacri, aut illud impediat.

16\. Dices: qui libere ludit in circumstantiis in quibus ludus causat omissionem peccati per actum positivum, non vult audire Sacrum, aut vult non audire Sacrum; sed per nos, qui per actum positivum non vult audire Sacrum, gravius peccat ceteris paribus, quam qui pure omittit auditionem Sacri: ergo qui libere ludit in circumstantiis in quibus ludus causat omissionem peccati, gravius peccat ceteris paribus, quam qui pure Sacrum omittit. Sacri + Sacri +

17\. Deo distinguendo maiorem, per actum positivum non vult audire Sacrum indirecte, et implicite, concedo maiorem; directe, et expresse, nego maiorem. Similiter distinguenda est minor, et neganda cons.

etenim

Etenim hic modus indirecte volendi omissionem Sacri, quamvis sit q. actum positum, non arguit extimationem Libertatis, et advertentiam Transgressionis praecepti, ac proinde maximum volitionis ostendit, quam si pure omitteret adimpletionem praecepti; secus arguit illa volitio, qua

+ gravius quis expresse statuat nolle audire Sacrum; alioqui quamvis peccaret, qui Sacrum omitteret in studio utiliter occupatus, quam qui pure Sacrum omitteret nullum aliud opus etiam utile interim faciendo, quod apud me satis absurdum apparet; nam ex supposito, quod omissum sit Sacrum, melius est aliquod opus utile interim facere, etiam si incompatibile sit cum auditione Sacri, quam Sacrum omittere et soli otiositati vacare.

18. Contra est 2º dico: scilicet manere intra eandem speciem peccatum contra praeceptum affirmativum, quamvis alterum eorum opponatur ipsi, qua formaliter affirmativum est, et alterum qua virtualiter est negativum, quod satis probatum manet ex superioribus. Sed obiicies: omissio amoris Dei, quando urget praeceptum charitatis, et odium Dei positivum sunt duo peccata quoad speciem distincta, sed utrumque peccatum opponitur eidem praecepto affirmativo amandi Deum, alterum qua formaliter affirmativum est, alterum qua est virtualiter negativum: ergo ex eo quod peccata eidem praecepto affirmativo opponantur praedicto modo, evadunt distincta quoad speciem.

19. Resp. negando maiorem; distinguendo minorem: utrumque peccatum opponitur eidem praecepto tantum; nego minorem: eidem et simul alteri formaliter negativo; concedo minorem, et nego consequentiam. Itaque positivum odium Dei non solum opponitur praecepto affirmativo amandi Deum quatenus est impeditivum amoris praecepti, aut quatenus est virtualiter affectus positivus voluntatis ad omissionem amoris prohibitam, sub qua solum ratione opponitur tali praecepto, sed etiam quatenus opponitur dictamini rationis prohibenti odium Dei independenter a praecepto positivo, ex quo capite sortitur diversam speciem malitiae ab ea, quam habet sola omissio amoris Dei, quod

qui

probat manifeste: quia odiu Dei e gravissimu peccatu, etiam quando non urget preceptum affirmativum amandi Deum, si tunc nequit habere malitiam ex eo quod sit impeditivum amoris Dei precepti, aut sit actus positivus ad omissionem talis amoris prohibitam: quod ex alio capite habet malitiam, nempe independenter a precepto affirmativo amandi Deum: Probo minorem: quia tunc quando non urget preceptum, non e preceptum amor Dei, nec omissio talis amoris e prohibita.

20. Confirmatur efficaciter: nam si per impossibile possent coniungi in eadem voluntate amor Dei super omnia, et odium ipsius, ac reipsa coniungerentur, tunc odium Dei esset peccatum, quamvis coniungeretur cum amore Dei; sed in predicta hypotesi, non esset impeditivum amoris Dei super omnia, nec esset virtualiter actus voluntatis ad omissionem talis amoris: quod esset peccatum independenter ab his titulis. Maneat quod non posse surgere diversam speciem malitie ex eo quod unum peccatum opponatur precepto, qua formaliter affirmativum est, et alterum eidem, qua virtualiter e negativum. Et que in his omnibus disputationibus huiusque dicta sunt cedant in laudem Dei Optimi Maximi, necnon et Beatissime Virginis Marie sine peccato originali concepte.

Anno 1655.

F. Antonius de Flores
et Secretis

[illegible]

De Legibus Precipue disputationes ex 1ª 2ª Doctoris Angelici Divi Thome Aquinatis,

A questione 90 ad centessimam octavam

Selecte.

Authore P. Sebastiano Sanchez Hispalensi Societatis Iesu Moralis Theologie Professore.

Scribebat, et audiebat D. Antonius de Flores et Leon D. Pelagij M. Cordubensis Collega

Cordube apud eiusdem Societatis Collegium D. Chaterine V. et M. S.

Anno Domini 1655.

Ad Lectorem.

Non erat (Studiose Lector) universos de legibus disputes, quasi opera alte dimetire, angustiora enim sub unius anni spatio quoque in interim tractatus excipiant, vigilantiori manu [illegible] sin inde velut [illegible] in fasciculos celebriora his temporibus dubia et quae maiorem utilitatem parituram iudicabo moralis Theologiae studiosis: reliqua [illegible] omittens, quia vulgaria, [illegible] sane subtilia negligant discipulorum profectui parum [illegible] quae proprio genio [illegible] dabunt una manu. [illegible] omnia, quae de Legibus disputari posset requirat P. Suarez, et P. Sal[illegible] integro unusquisque volumine hanc materiam exhaurientes.

Non multis te ad huius [illegible] vigilias incitantes invitabo, pauca nimis studioso aio accedens [illegible] ignavo nulla satis, scias te nec a limine salutasse moralis doctrinae [illegible], donec [illegible] quaestiones ad materiam de legibus spectantes [illegible] sedulo labore [illegible]; sunt enim leges humanarum actionum norma, quae [illegible] bonorum, et malitia mensurari solet. Bonae [illegible] iste alteri, quas elapso [illegible] curriculo dedimus de peccatis, et ideo unum alteri adnectimus Angelicum Praeceptorem [illegible] in hac methodo secuti, utinam ingenium [illegible] et veritatem assequamur. Vale.

Disputatio 1a

Quid sit Lex Presenti [illegible]

Cap. Prim.

Nominis etymologia et varie acceptiones.

N. 1. Vocem Lex, aliqui derivarunt ad Legendo, D. Isidorus [illegible] Etymologiarum cap. 10: [illegible] in legibus, que olim in tabulis scripte in publico affigebant, [illegible] faciendum, [illegible] ve omittendum, [illegible] abolita Lege [illegible] [illegible] a deligendo, [illegible] delecta sedebere Leges; [illegible] ipse [illegible] debere [illegible] multis, que [illegible] videant ad [illegible] [illegible] Ciceroni Lib. 2 de nat. Deorum, [illegible] Augustin in questionibus [illegible] novo test. q. 15.

2 Sed in re [illegible] momenti, magis placet opinio D. Thome, hic q. 90 art. 1. derivantis Legem a Ligando, eo quod [illegible] obliget hominem ad sui observationem, veluti Ligat moraliter [illegible], ne [illegible] oppositum faciendum liberte [illegible] [illegible]. Hec etymologia magis declarat naturam Legis [illegible] presentis opus [illegible] explans effectum primarium illius [illegible] qui est obligare, que [illegible] [illegible] presenti [illegible] aliis [illegible] accepionibus [illegible] [illegible].

3 Varias erudite tradunt P. Vasquez disp. 115 cap. 1. P. Salas disp. 1. sect. 1. P. Suarez Lib. 1. P. Tannerus q. 1. dub. 1. Ex quibus [illegible] frequentiores [illegible]. 1o [illegible] regula [illegible] operis [illegible] moralis, quae [illegible] ut Leges Grammatice, Rhetorice [illegible]. [illegible] ad implendi sui precepta, [illegible] legis [illegible] eos, qui Legis [illegible] servant. 3o [illegible] aliquid, sive bonum, sive

malum

moralis: Ita Paulus [illegible] pertinentem ad ser- sualis [illegible] appellavit legem, quae est in membris, accepta vero ipsa, et quae [illegible] [illegible] continet, est ipsa, inquam, Lumine lex praeceptum [illegible] praescribente aliquid faciendum et omittendum [illegible] moris. [illegible] sub conditionibus, de cuius huius speciis examinandis. Lex.

2. Lex itaque sub hac stricta usurpatione, non solum hoc nomine legis, sed etiam aliis nominibus signari solet, ut Juris, Constitutionis, Sanctionis, Statuti, Praecepti et similium. Quae quae nomina nihil aliud circumnis versat, nam stricte proprie dicuntur leges Principis supremi secularis, Regis, et Imperatoris: Leges vero, quae procedunt a Summo Pontifice appellantur specialiter Constitutiones. Sanctio proprie dicitur illa lex Principis supremi, quae irrogat certam poenam, ut scilicet capitis: Decreta autem Principum inferiorum, aut Civitatum et Populorum degentium sub potestate alterius Principis vocant Statuta. Denique praeceptum est, quaedam lex particularis, quae fertur tantum ad unum, non ad communitatem, sed saltem abstrahit ab eo, quod feratur ad unum, aut ad totam communitatem: Unde omnis lex potest dici praeceptum, non vero omne praeceptum potest absolute appellari lex, quia de ratione huius est communitati imponere, ut infra videbimus. (Vide Suarez de Legibus, Lib. 1. cap. 1. et 2. et P. Salas 1a 2ae [illegible] disp. 1. sect. 1a, 2, et 3a. cap. 2. Legis definitio examinat.

Cap. 2um.

Legis definitio examinatur.

Ita definivit D. Thomas hic quaestio 90 art. 4° est, quaedam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet promulgata. Quam definitionem aliqui aperte reiiciunt, alii eandem admittunt, variis explicationibus adhibitis, quae illam magis declarant, sed penitus immutant. Videte.

Arriaga

Arriaga dupliciter. 1.º quia statuit legem esse executivam ad intra, quam ad volationem; sed de hoc contrarium. manifestum sit, non ... 2.º versa etiam supposita legis definitione. 2.º quia ibi non exaltat potestatem, quam ab omnes est de conceptu legis. Ad secundum respondet ex Suarez, quod scilicet ordinatio rationis non ... legem ad dirigendum ... volationis et ex ipsius definitionis ... quod sit de intentione Angelici Doctoris ... aliorum eam definitionem admittentium; nam in utroque ponit consistere et ordinatio volationis potest optime dici rationis; ... potestas ... ratio ... quia recta ratio est dirigens debet ... in lege ferenda. Ad secundum respondet Suarez, ... Thomas ... supposuisse legem et sub illa comprehendisse omnes praecepta pro bono communi a Superiore ... munitum ... illas partes ordinationis rationis intelligendas esse ... sola pro illa ordinatione, quae stabilis et durativa est. In quo laudanda est imprimis pietas huius authoris erga Praeceptorem Angelicum.

6. Nihilominus etiam opponi potest contra hanc definitionem, quod nihil in ea sit, per quod excludat consilium a ratione legis, ut debere excludi certissimum est. Et aliqui opinantur convenire solum dicendum est de oratione, seu petitione, quae aliquando potest esse ordinatio rationis ad bonum commune ... Sed ... Suarez in eadem definitione dupliciter excludi tam consilium, quam orationem a ratione legis: 1.º, quia consilium ut sic potest esse non est a superiore, quatenus habet potestatem, et curam in subditos, lex autem debet esse; talis ordinatio rationis, quae debet procedat ab habente curam communitatis. Unde illa definitio ... et ... in illis est ... solum ordinatio rationis ad bonum commune sit lex, quae sit ... et esse ab eo, qui curam communitatis habet, quod numquam ... venire potest mero consilio, nec orationi, quae potest esse inferioris ad superiorem. Et aliquando possit exerceri inter ... aequales, et aliquando a superiore ... inferiorem, sed non quatenus ... imo in hoc quibusdam modo superior se summittit inferiori cui rogat.

7. 2° excludit in ea deffõe a rõe legis tam Consilij, quam oratio, quia intelligi debet deffõe de effaci ordinõe, suam vim seae cogentis et hoc videtur detrari per illam partem promulgata, qr Consilio et orationi n' convenit promulgari, nam hęc vox indicat ordinem ad obligandum dirigendam, in quo maxime differunt Consilij, et oratio a lege.

8. Ex dictis pt predictam deffõem subobscuram ee, ut potest explationibus, et quibusdam satis benignis indigent, quapropter clarioribus tãis subornanda e, ut deffinitum potius explet, quam confundat. Iª regulas recte deffõis a dialectica prescriptas, claritatem eam proponere possumus legem Quibus, quibus P. Suarez cap. 12 tradidit in hunc modum: Lex: Iustum, ac stabile preceptum ad perfectam communitatem directum, et sufficienter promulgatum, loco generis ponit preceptum nam, ut iam diximus, ois lex debet ee preceptum, licet n' e contra ois preceptum possit appellari lex; reliquae aum parte deffõnis collectim sumptum, indicant proprias legis differentias, quam differt a reliquis preceptis, eas vero sigillatim examinare oportet. Cap. 3m explat iustitiam ad rõem legis essaliter requisitam.

Cap. 3m
Explat Iustitia ad rationem legis essalit requisita.

9. Legem debere ee iustam, et honestam, supponit ab oibus tam theologis, et Iuribus, quam Phis, ita ut nullatenus appellanda sit lex, quae iustitia, et honestate caruerit, et illud Augustini lib. 1. de lib. arbitrio cap. 5°. mihi lex ee n' videtur, quae iusta n' fuerit, et licet preceptum iniustum nullam vim obligandi habeat, ac proinde sub noe precepti satis videatur inclusa hęc conditio iustitiae, et honestatis, nihilominus eam exprimere voluimus in deffõe nra, tum ad maiorem claritatem, tum etiam quia saltem

poe

poe dici physice preceptum, q.d iniquum, et nullam obligationem inducit, sed n sit preceptum morale subditos obligans ad sui observationem. Lex autem ratio dicit in suo conceptu preceptum obligans, ac proinde iustam.

10. Q ut melius explicetur, sciendum est ex D. Tho. 1.2 q.e 96 art. 4°, duobus modis posse legem dici iustam. 1° ex parte ipsius actus expositi per legem, nimirum, quia talis est, ut posita subditis iuste exerceri, idem dic servata proportione de omissione actus prohibiti, quando lex est prohibens. 2° ex parte ipsius legis, nimirum, quia iuxta iustitiam se imponit. Et hic 2us modus iustitiae includit 1um, non tamen econtra: quia potest aliquis actus preceptus esse talis, ut a subdito iuste exerceri possit, ut ieiunare in pane, et aqua, et tamen superior iniuste illi faciat talem actum precipiendo, et tamen potest citra iniustitiam actum ieiunium precipere, quia non habet ius ad precipiendum, nisi quod iustum, et honestum fuerit.

11. Lex igitur omnis iusta esse debet ex parte actus legis, sive intelligatur negative, quatenus id, quod precipit, non possit esse iniustum, aut turpe; sive intelligatur positive, ut sit vere iustum, et honestum. Quod lex ut talis sit, debeat precipere iusta, saltem negative, patet: quia de ratione legis est obligare subditos ad sui observationem, sed nemo potest obligari ad faciendum id, quod iniquum, et inhonestum est: ergo lex non potest precipere actum iniustum, aut inhonestum etc. Explicatur amplius haec doctrina, etenim actus talis est, ut nullo modo possit ab eo separari inhonestas, ut mentiri, vel odio habere Deum; et ad huiusmodi actum, nec Deus ipse potest sua lege obligare, non solum propter suam essentialem rectitudinem, cui essentialiter repugnat iniusta precipere, ut inquit Suarez, tum enim per accidens est ad presens institutum, sed quia etiam si per impossibile precideret, nullius momenti esset illud preceptum morale ad obligandum moraliter.

12. Rursus, vel actus talis est, ut possit ab eo separari malitia, vel mutata materia, vel modo operandi, ut est homicidium,

aut

aut quid sit; et sic eo ipso, quod a Deo praeciperetur, iam non esset inhonestus; ut constat in praecepto Abrahae imposito de immolatione filii unigeniti. Sed advertendum est, quod supradictae humanae praecipitationi aliqui malus, solum quia prohibitus lege humana, qui post ablatam legem subsequentem a tali superiore, ablata enim, non manet malus, quod praecipitur, sed ablata est malitia per novum praeceptum. Unde constat numquam posse dari legem de actu illicito.

13. Quod autem lex ut talis sit, debeat praecipere iusta et honesta positive, cuius probari quod ex dictis, quia actus praecepti per legem supponuntur boni, et honesti per se, et per legem solum accipiunt necessitatem et obligationem, quia antea erant voluntarii, et eorum omissio non erat mala; sed post latam autem legem, iam omissio sit mala, et actus sit necessarius ad honestatem, ut patet de actu audiendi sacrum, dandi eleemosynam etc., sed tales actus, qui praecipiuntur, sunt de se indifferentes, et tunc fiunt boni positive ex extrinseco, et ex fine legis. Unde semper actus, qui praecipiuntur legitime, sunt positive boni. Quod autem hec conditio sit essentialiter requisita ad rationem legis patet, quia de ratione legis est, ut actus praeceptus bonus supponere, sed bonus positive facere: ergo lex praecipere, quod non praecipiat actus positive bonus, non erit lex: ergo etc.

14. Sed age pergamus ad 2um, nempe iustitiam ipsam explicatam, dicimus sicut dico esse de ratione legis essentialiter. Probatur: quia de ratione legis est, quod sit rationi consentanea, ut omnes tam theologi quam philosophi supposuerunt; sed ut sit rationi consentanea non satis est, quod praecipiat materiam honestam; sed etiam requiritur, quod servet aequalitatem et proportionem, et citra iniuriam subditorum feratur: ergo de ratione legis est, quod citra iniuriam et in forma debita feratur, et consequenter quod sit iusta ex parte ipsiusmet legis, quod secundum nempe sup. explicatum. Sed advertendum est, quod magistri explicare duplex nempe in iustitia? prout inferenda ultra praelegere, quia est ex parte operantis, et ex parte ipsius operis

operis, poe.ᵗ exigere, q.ᵈ ea lex, nihil desit, et iuste ferat et int mēy (?) ... sed ferentis legem iniquus sit, q.ᵈ nimirum legislator ex odio, aut pravo ... moveat, aut in modo et circunstantiis agendi, imprudenter se gerat, ... iniustia ... destruit ... legis: q.ᵃ et Princeps in lege ferenda male, et iniquè se gerat habendo, potest nihilominus legem iustam, et validam ferre ... ma ... iusta sit, et servet ... iuste.

15. Quae autem sit ista ... recte explicat D. Thom. articulo 4.º citato, et q. 95 articulo 3.º, et ex eo P. Suarez in hunc modum, etenim tres virtutes iustitiae servari debent in lege ferenda, ut ... debita observet. 1.ª est iustitia legalis, cuius est ... bonum intendere, et ... debita servare. debet ergo lex hanc ... praecipue intendere in ... explicando, q.ᵈ ... intelligendum est ... valorem legis requiritur, q.ᵈ legis lator hoc ... habeat, q.ᵈ legem edit sufficientem ... q. lex ipsa debet conducere ad ... bonum, q.ᵈ q. sit de intentione ... legislatoris, nam et Princeps iniquam intentionem habeat, ... lex in bonum publicum cedat, valida erit, et obligatoria, q. subditus non debet attendere ad privatam intentionem Principis, sed ad id, q.ᵈ lex debet ... nec privata intentio potest officere bonitati legis debet conducentis ad bonum Reipub. regimen.

16. 2.ª est iustitia commutativa, ad quam spectat, q.ᵈ legislator non aliud praecipiat, quam possit, quare si princeps legem ferat ... aliis, quos sibi subditus ... 3.ª iustitia commutativa ... etiam ... dese ... et ubi ... praecipiat. 3.ª iustitia est distributiva, quae etiam maxime requirit ad valorem legis, q.ᵃ praecipiendo multitudini, quasi distribuit onera inter ... Reipub. in ordine ad bonum ..., et ideo necesse est, ut in distribuendo ... servet aequalitatem proportionis, quae ad iustitiam distributivam pertinet. ...

itaq.

itemq. Lex a roe Justitiae, et contra roe legis, quibus omnibus sunt numerati, tautalia, quae requiruntur ad reddendam legem iniustam, ac inhonestam.

promulgationes strictę legis ad actualiter obligandum, eo quod potestas limitata

Similiter superioris non habeat potestatem obligandi, nisi dependenter a

promulgatione externa, aut publica, et etiam legislator summus habeat

potestatem subditam a Deo, vel a republica, quod Deus, vel respublica eam

potestatem collocare cum hac conditione, ut non possit obligare subditos, nisi pro-

mulgando prius legem hac, vel illa solemnitate, sicut placuerit

eis, et finxerint, de quo postea, non est dubium etiam externae rei naturae

promulgationem externam, ut talis legislator limitatam potestatem obliget

actualiter, quia id requirit externae rei examinatio aliquorum effectum

sine quo simpliciter nequit consistere talis effectus. Sed obligatio legis facta a

legislatore habente potestatem modo dicto limitatam, non potest simpliciter consistere

absque promulgatione externa: ergo etc.

71. Potest requiri promulgatio legis ex benignitate

aut libera voluntate legislatoris, quia licet habeat vim obligandi subditos

publice manifestatos legis, adhuc tamen ex sua potestate est ita legem

statuere, ut nolit eos obligare, nisi sub hac, aut illa solemnitate

promulgentur, nec enim legislator tenetur subditos obligare omni modo, quo potest,

sed ipsi liberum est habere, vel illas conditiones apponere, sine qua nolit

subditos legi obligare, in quo casu non obligabit subditos ante promulgationem

quamvis privatim sibi constet de voluntate superioris, idemque dicendum est

de aliis conditionibus, v.g. quod scripto aliquo, vel affixione illarum

ad ianuas, vel illis partes publicas leges manifestent.

72. Dicendum est 3°; de facto leges tam canonicae

quam civiles, non obligant ante solemnem promulgationem. Ita fert consue-

tudo, et communis doctorum sententia, sed difficultas est an id proveniat ex limitata

collocatione potestatis in legislatoribus, an ex libera eorum voluntate nolentium

suos leges aliter obligare. Pater Arriaga existimat probabilius

esse, id provenire solum ex 2° capite, quia cum ea conditio promulgationis non

sit per se, aut ex natura rei necessaria ad obligationem legis, non debemus

existimare eam esse appositam in collatione iurisdictionis, nisi quod de

id

id expresse distrexit, et quamvis id expresse non constet, censendum est iurisdictionem esse datam legislatori etiam absque tali delictiis, quare iudicat Summus Pontifex superiores Religionum, et alii legislatores saeculares alterius sexus dicatam iurisdictionem in subditos absque ... et solum ex eorum benignitate convenire quod leges ab ipsis editae non obligent absque solemni promulgatione. ... in Sanctissimo iudicio probabile est non esse ipsis collatam potestatem nisi ad obligandum more humano, scilicet intercedente externa et solemni promulgatione.

73. Hinc fit, non teneri subditos ad observationem legis, quamvis singuli habeant privatam notitiam de voluntate Principis, donec enim lex promulgetur solemniter non est satis completa ad obligandum; nam post solemnem promulgationem, aliquis etiam miraculose, et per revelationem internam cognoscat legem ita editam et promulgatam statim obligabit, quia post completam legem nemo excusatur, nisi per ignorantiam, quam absurde non habet, qui legem saltem divinitus cognovit. Unde colligit si quis internus fuisset consilio principum de minuendo usu frumenti pretio, et de lege super eo ferenda, aut iam lata ante promulgationem licite posse frumentum vendere pretio currenti, et maiore, si quo adhuc frumentum tanti aestimatur; et lex non obligat, nisi promulgata, tum vero, quia virtus iustitiae quod frumentum post paucos dies debeat valere minoris, non est intrinseca ipsi frumento, ut debeat deducere, et ex debito naturalis iustitiae manifestari emptori. Ita Silvester verbo emptio, q. 15, Molina de Iustitia lib. 6. q. 3. art. 2, Prus Navarro lib. 3. de restitutione cap. 2. num. 33, et alii, qui absolute docent licitum esse vendere pretio currenti etiam si sciatur illud brevi esse variandum, quod quamvis Indorum docent Conradus de contractibus q. 36, et 66, et pauci aliqui.

74. Dices: Lex ut pote directa ad civitatem

privatam

prius debet obligare coetus, quam singulas eius personas; quod prius debet intimari coeti, ut obliget; atqui non potest intimari coeti, nisi publice, et solemniter promulgetur: quod erat ostendendum. Independenter à benignitate Principis requiritur solemnis promulgatio. Dico 1º: coetus non est aliud, quam singuli eius personae simul: unde quando singulis intimatur lex, manet coeti intimata; quod fieri potest observata sine locum notiarum absque ea solemnitate promulgationis. Dico 2º: si aliqua lex solum obliget coetum, ut talem, et non singulas personas divisive, quia legislator id primo intendit, tunc debere intimari solemniter toti corpori communitatis, vel aliquibus eam per deputationem repraesentantibus, sed hoc non est de omnibus legibus, de quibus generaliter loquuti huc usque fuimus. Q.

75. Q. Iludo quod ad rationem legis requiritur promulgationem sufficientem, quae scilicet sufficiat ad legis obligationem, et executionem, ex capite id conveniat. Certa enim innotescens definitionem non exprimimus determinate hanc, aut istam promulgationem, sed generaliter promulgationem sufficientem, quia haec solum per se requiritur ad rationem legis. Unde pro diversitate legum, et legislatorum diversa etiam promulgatio sufficit. Disputatio an lex poenalis sit actus intellectus, vel voluntatis. cap. 1um praeludit ad disputationem.

Disputatio 2ª

An lex Poenalis sit actus intellectus, vel voluntatis?

Cap. 1um

Praeludit ad disputationem.

N. 1. Suppono 1º me solum in hac disputatione agere de lege poenali, quae per priori vocabulo dicitur lex, et strictius comprehendit in nostras definitiones, et de qua est specialis difficultas quoad hoc

hoc puncto. Nihil vero tangimus de lege aeterna, aut naturali, ne pluso-
sula amplectentes nihil [illegible] satis comprehendamus.

2. Suppono 2°: ex communi omnium theologorum, quam Theologi legem esse aliquid pertinens ad intellectum, quatenus talis est; ac proinde ad mentem eius comprehendendo subeo nomine stat intellectus quam voluntas, quia proprie loquendo non requirunt leges, nec sit capax talis gubernationis, nisi qui ratione utitur. Unde a priori requiritur mens in eo qui per leges debet gubernare: ergo lex ad mentem debet pertinere.

3. Suppono 3° legem proprie loquendo in aliquo actu 2°, id est physice existente, et non solum moraliter perseverante, positam esse, non in solo habitu, id est potestate, qua lex dicitur, quae habet vim proximam movendi, et obligandi subditos, haec autem ratio est, id est potestas, solum est radicaliter, et remote: ergo debet esse in aliquo actu deinde imperare, ordinare, dirigere et illa, quae sunt per legem dicunt aliquem actum 2um: ergo et lex dicitur actus 2us.

4. Suppono 4° posse legem considerari in triplici statu, id est subjecto, id est mente, in ipsa mente legislatoris, in ipsis subditis quatenus illis, in quo statu est obligante quam omnibus et externe, id est subditis eam intime [illegible]. 2° patet in subditis, quibus lex imponitur. 3° patet esse in aliquo alio signo exterioriut in scripto, id est voce manifestante mentem voluntatis superioris. Difficultas non est de duobus ultimis, sed de 1°, num lex sub 2° statu formaliter consistit in actu intellectus, an in solo requirit judicium intellectus, non actus voluntatis. Sic enim illud necessarium est ad dirigendos, seu executores legis non ad eius exarationem. Ratio est, quia lex praevenit voluntatem subditi, et ista obligat [illegible] oppositum est [illegible]. Inde illud iudicium rationis existimans ex vi legis necessarium moraliter, quod per se antea non erat, dicitur quasi lex existens in ipso subdito. Unde certum est legem in 3° statu spectatam formaliter consistere in illo actu exteriori, quo legis lator mentem suam manifestat, qualis est inter homines sermo id est scriptum.

In quo

ing° sudixit Arist. 10 ethicorum cap. 9. Legem esse sermonem ab ali-
qua mente, seu prudentia profectum. Et Gabriel in 3° dist.
37. deffinit legem esse signum principis voluntatis sufficienter
manifestatum, ubi advertendum est plures qui in scriptis, et
probabiliter dicunt de lege, et inferunt affirmando ut ad probandum
eam consistere in actu intellectus. Si ingrediens est intelligenda de lege
sub uno ex praedictis ultimis statibus considerata, non de lege simpliciter
et proprie.

5° Ideo quod est dictum de lege simpliciter, seu quae
est in mente legislatoris modo explicato. Circa quod prius videndum est, qui
nam actus communiter occurrant, seu occurrere possint ad legem
et quae sit eorum series, nam ij possunt esse plures, tam ex parte intellectus, quam
ex parte voluntatis, tam interiores, et eliciti, quam exteriores, et imperati,
ces enim necessarij sunt ut lex tamdem suum effectum consequatur. Deinde
examinabimus quis eorum proprie dicendus sit lex. Cap. 2um, qui
actus per se, aut regulariter occurrant in mente legislatoris ad
legem ferendam, et eorum series.

Cap. 2um

Qui actus per se, aut regulariter occurrant in mente legislatoris ad legem ferendam, et eorum series.

6. 1° solet reperiri ex parte voluntatis in legislatore intentio
boni communis et publicae felicitatis ad quam ut ad finem intendit lex. Deinde se-
quitur ex parte intellectus consultatio, seu deliberatio de hoc, scilicet isto medio ad
talem finem. 3° iudicium, quo concludit ex tali consultatione, hoc medium
esse conveniens ad talem finem. 4° ex parte voluntatis electio praedicti
medij, de quo fuit consultum, et decisum, conveniens cum iudicio formavit
legislator, quae nil aliud est, quam volitio illud assumendi ut medium in

ordine

civitate, et obligandi subditos ad illius executionem, quomodo autem
promulganda sit haec volas disputatio, sed discutiemus quia sat levem difficultatem continet. Ita cum aliis plurimis Valdes, et Suarez, qui ultimo loco
addit voluntatem, hoc intimandi subditis, et ipsam realem intimationem per signa
sufficientia, ut tandem subditi reipsa et cum effectu maneant obligati moraliter ad legem implendam. Praeter haec aliqui, qui sine vacillatione requirunt quendam actum intellectus qui sit imperium, de quo postea.

7. Quod ita est intelligendum, ut tota haec series actuum sit
extraordinaria sit ad valorem legis, quatenus non possit simpliciter lex aliter ferri, si ferri fiat, futura sit invalida, solum
enim sequitur ea series, ut legislator regulas prudentiae, et debita
maturitate procedat, nam si quod praecipit de se honestum est, et reipsa conducit
ad rectam gubernationem reipublicae, tenebit utique lex, quamvis nullam necessitatem legislatore intentio boni communis, vel medium consultationis, aut
praevium iudicium, et extrinsecam ... resultantem circa convenientiam vel praecipiendi
non enim quod requirit ad prudentiam legislatoris, necessario petendum est ad
valorem legis: quia subditus per prudentiam obedire legi, quae imprudenter dictata, in quo omnes illi actus, nunc enumerati, se
requirunt ad legem ferendam.

8. De iudicio dirigente honestatem rei praecipiendae
dubitari potest an sit requisitum. Negat Arriaga, quia ad legislatorem
... aliquem obligandi, quantum potest, vere obligabit, si materia
de se honesta sit, quamvis ex errore putet esse indifferentem, et inhonestam,
affirmat P. Suarez, quia electio legis est quae sit prudens, neque autem esse
prudens, nisi praecedat tale iudicium. Ego vero existimo non requiri
... exhortat ab actu prudentiae, sed sufficere, si reipsa ex materia
reperiatur id, quod actus prudens, quae esse poterat, nam prudentia solum
requirit obedientiam rei imperatae. Itaque haec iusta sit, neque, nisi efficiet
quod legislator ex sua imprudentia se gerat in ferenda lege, quae

n̄ aquiesco in toto Suarez, nam L.t Legislator n̄ cognat certo honestatem rei im-
perat, poterit nihilominus carere heredese honestis, et tenetur Lex habere
prudentiam q̄ se requitur.

Sed nec in toto placet Azor, nam n̄ Legislator

9. solum cognit mam esse iniustam, solum po' habere aliq' obligandi ad iniustiam quantum
poo, i.e. nullam rei poo obligare ad iniustiam, quo eadem volens n̄ poo' obstri-
ngere, nec exce, ut potest aliis, et iniqua poo subditos ad aliq' obligari.
Et quoad hunc admitterem sam Suarez, in quo casu n̄ esset certa validitas
de ffici prudentia, aut iusta requisita ex parte me imperati. Supponit enim sancti-
iure esse iustam. Et inde habere, q. d. prudentiam requirere poo' s. de ffici suf-
ficienti voluntatis ex parte Legislatoris, quia solum volens me obligandi ad iniustiam
n̄ poo' me obligare ad iustiam, ut videtur q̄ Senon, si vero Legislator sub
ty iudicio circa iniustiam me, cogitet de ea iustitia, quasi dubitans,
et sic velit obligare ad talem mam secundum se, quantum poo' iudice, obli-
gare quasi attente, si ma fuerit iusta, tunc valebit Lex, et hic
m. imperandi, sit valde imprudens.

10. Rursus poo' dubitari, an requirat iudicium
quo Legislator cognat se velle obligare, quod dupliciter poo' intelligi
1o de iudicio, quasi reflexo supra voluntatem obligandi tam
actu existentem, q. q. Legislator cognat se iam actu dare talem voluntatem,
seu q. d. idem est, cognat se iam subditos obligare, q. talem voluntatem praedicatam
est, et p. se inducens obligationem. P. Azor putat id ordinarie requiri,
quia ordinarie Legislator vult hanc suam voluntatem obligandi subditis
manifestare. Ad hoc autem debet cognoscere se illam habere, q. vero
q. se ad obligationem Legis n̄ requirat ea ratio, quia poo' Deus, et iam
n̄ detente Legislatore, divinitus illam manifestare, existimo n̄ esse ordi-
narium tale iudicium. 2o poo' intelligi de iudicio, quo Legislator cognat
se habere potestatem obligandi. Et hoc etiam ordinarie requirit, ut pruden-
ter ferat Lex, quia nemo prudenter vult obligare praesertim absente,
nisi prius sciat se posse obligare, q̄ si autem sufficit apprehensio L. sola

dubito

dubitatio de tali potestate, et forsan nec hec quae sequitur, si lex consistat in aliquo actu Imperij, qui non sit expressa volitio obligationis, nam eo ipso quod quis habeat potestatem obligandi subditos per suum imperium, et imperet, res ipsa obligat. Addo autem non est necessarium quod reflexe velit imperare, sicut ad hoc, ut ego amem, non opus est, quod prius expresse velim amare.

11 Denique praecipua difficultas est, an ex parte intellectus requiratur actus, qui sit formalis imperium? Affirmant Thomistae fere omnes, et plures alij, quos fuse refert P. Salas disp. 1. nº 67. Nam Suarez, Arriaga, et alij. Sed non omnes eodem modo explicant suiusdi imperium. Aliqui dicunt esse quendam actum, qui nec sit Judicium, nec apprehensio, sed solum dicat, fac hoc, sicut oratio est actus intellectus, qui nec est Judicium nec apprehensio. Alij vero praecipue P. Tannerus dubio 1. nº 9. asserunt esse quoddam Judicium reflexum, quo post actum voluntatis, sibi intimat legislator volitionem suam hoc modo, haec est mea volitio, seu hoc volo ut fiat, sunt utrumque [illegible] solum est, quod actus voluntatis non possit esse Lex, non enim est Lex actus ille voluntatis, quo legislator vult, ut res aliqua fiat, nam sine tali voluntate potest stare Lex, ut infra non ipsi fatebimur. Rursus nec alter actus, quo vult legem ferre, quia ille habet pro obiecto legem imperatam, ut patet. Deinde nec ille, quo velit imponere subditis obligationem, nam ea etiam voluntas habet pro obiecto obligationem seu legem, alius autem actus voluntatis non est excogitabilis, quo debet consistere Lex in alterio subsequente, qui ad intellectum pertineat, sed quis ille sit secundum, ex infra dicendis aperte constabit.

12 Interim impugnat praedictas sententias, quae fere improbabiles indicat etiam Arriaga, quia ab eis per praedictum actum imperij quocumque modo explicetur, potest intelligi Lex in actu esse, atque ideo talis actus non est admittendus. Et contra autem infra probabimus exponentes quia ad actus [illegible] Lex. Secundo impugnat, nam si dictus actus imperij sufficeret admittendus ad legem, nulla prorsus est ratio, cur ille dicat magis ad intellectum, quam ad voluntatem pertineat. Plus enim habet similitudinis imperare cum volitione, quam cum cognitione, sive cum Judicio, et apprehensione etc. quo quod secundum ad intellectum, non vero ad voluntatem dicit pertinere.

13 Dices: quia imperare, est dirigere, dirigere autem est opus rationis. Sed contra est, quia imperare dirigit remote, et praesuppositive

Moral.

e dirigere quatenus qui imperat, providet prius, quod sit honestum, utile etc.
ut illud imperet, per hoc autem nullatenus constituit ipsum imperatum, et proxime
imperatum, seu legem esse formaliter directorium, sufficit enim, si sit obligatio
seu vinculum, quo subditus adstringitur ad exequendum illud bonum, ea autem
obligatio nulli hominum melius tribuitur quam voluntati, voluntas enim superioris, quae proprie,
et immediate me obligat, et cui per te me subiicio voluntatem, aut per naturalem sub-
iectionem, non autem eius iudicium, aut intellectus. Quod 2°, quia haec responsio ad
summum suadet actum intellectus esse legem, id vero posse optime attribui ac-
tui illi praevio, quo legislator iudicat hoc medium esse conveniens ad
bonum regimen communitatis, qui adiuncta voluntate obligandi, habebit vim
legis, non vero alteri actui elicito, et subsequenti.

14. Deinde Spaccilis impugnat actum illum qui ponit
a P. Tannero, quia reflexus est supra volitionem, et haec rursus supra iudicium
illud, ita ut ... planè illos duos actus dicat, etenim ille fatetur
debere intervenire volitionem obligandi, obiectum illius volitionis assignat le-
gem, quia illa volitio exprimit volo actum intellectus legem, ... in
eo ... nihil aliud dicit, quam hic volitionem legis. Praeterea
actus voluntatis, dicit volo actum intellectus, et hic dicit hic actus voluntatis extrema
me, vel nihil penitus declarat, quales tamen sint illi actus, quia nul-
lum obiectum assignat, in quo ... quaerere possimus. Nam Tannerus
dicit obligationem tali quo alio ... quod propterea posuit obiectum esse
illius volitionis alium ... quod talis volitio reflecteret, ... eum actum
intellectus ... quia tunc in recurrendo ...
adeo ... actum intellectus, ... ad solam volitionem eius obligationis, salvabitur ...
ratio legis, iam enim dabitur aliquis actus voluntatis, quod posuit esse
lex, quod solum desiderabat Tannerus.

15. Impugnat 2°, quia talis actus est plane otiosus
ad rem legis, nam si superior velit tacite obligare Paulum ad ieiunan-
dum, volo quod Paulo manifestet iuridice, ipso superiore ... impe-
diendo, neque ... suam volitionem, eo ipso Paulus erit obligatus,
ut videtur ex his notis. Quod est, nam subditus non obligatur, quia superior

ipse

ipse scit se velle obligare; sed quia id ipsi subdito constat per sufficientem intimationem, ergo gratis recurrit ad iudicium illud reflexum, quo solum dicat: ego volo obligare reales; itaque non namque tale iudicium in nobis ordinarie sequitur. Et in Deo omnino nullo, quia ordinarie non cognoscimus volitionem nostram. Et in Deo nullo sufficienter reflexe cognoscere debet. Solum per assensum eius reflexionis est prorsus impertinentem quoad punctum obligandi subditum, quia nisi sed potest, si impleat illa non daret, maneret adhuc in prioribus actibus tota ratio legis actualiter obligantis, ad modum quo, licet peccator ... ret reflexio supra suum actum voluntatis amplectentis obiectum malum, tamen inde non posset constituere malitiam peccati, nec ad illam requirit quod tota malitia peccati proveniat ex tali cognitione reflexa.

16. Impugnatur 3° idem actus, nam licet sit cum intellectus cognoscit se de facto velle obligare, adhuc non sufficit ad actum obligandi, ut est manifestum, quia, quod ego vellem alios obligare non obligat de facto, sed obligabit alios, quando nimirum ponatur talis iudicium quo se cognoscit se iam actu obligare. Si autem hoc itaque: ergo obligatio iam actu est, et quid independenter a tali reflexione, et tota prius subsistit ex parte obiecti quod sit talis reflexio, nam licet tamen non sentiat eum actum intellectus esse reflexum super volitionem obligandi, nunquam tamen admittit eum esse reflexum super seipsum: ergo si tota obligatio salvatur in obiecto illius reflexionis, ut hoc ipsa metireflexione est extra obligationem et supponit legem aequaliter constitutam in suo esse. Maneat ergo impertinens intellectus nulla ratione requisitum ad legem constituendam.

Cap. 3um

Quisnam actus proprie dicendus sit lex?

17. Hanc difficultatem videtur confundere Arriaga, cum aliud meo iudicio longe distant. Etenim aliud est inquirere quisnam actus proprie appellandus sit lex, et aliud longe, a quibus actibus constituenda sit ratio, seu denominatio legis, nam potest stare quod ratio legis constituatur essentialiter per plures actus, et tamen unus dumtaxat ex illis proprie dicatur lex, sicut denominatio calidi essentialiter constituitur per illas tres entes reales, nimirum subiectum, calorem, et unionem utriusque, et tamen solum subiectum est, quod proprie dicitur calidum: male ergo confundunt has duas difficultates,

quarum

quasi L.a e tantum de voce. et tota vendet ex usu. et applatione nominis Lex, 2.o vero nto videtur esse dere, qd exeo pt, nam etiam qui sentiunt solum actum inte appellari Legis n posset nare vellore obligandi essalit ad denoationem Legis, ac proinde Sane denoationem essallere omni? talis volitionis, et si aliqui eam appellent dumtaxat actionem, hoc parum refert, nam intelligunt esse actionem iu Legis, n vero rustica denoationis, Credunt enim dere eam volitionem ita requiri, ut illa prisse ablata, et reliquis omnibus invariatis soto, deffecere denoatio Legis; qd quidem, et alios bene scientes, nihil aliud e quam revera esse istimum talis denoationis: hac g. dicta sunt supp. —

18. Quinque qd sad refert P. Salas disp. L. sect. 5. et sit fere omnes, qui excogitari posset in hac difficultate. 1.o docet solum actum volutatis progulis ad Legem. 2.o solum actum inte. 3.o utrumque simul coniunctum. 4.o quemlibet actum, sive volatis, sive inte, seorsim acceptum posse appellari Legem. 5.o eam denoationem appellat scripture, et signis illis, quibus superior manifestat suam volutatem obligandi; et melior iure potterat eam attribuere cogni intare, quam subito innotescit talis volas superioris.

19. Sit 1.a 9c.o: solus actus inte n vocatur proprie Lex. Probat Sanc. de Arra, quia s.t superior cognat aliquod dotum esse iustum, et conveniens ad bonum communitatis regimen, ac proinde posse aut debere imperari, si tamen illud n imperet, nec velit ad illud obligare, n dat Lex: quod solus iste actus n e Lex, s.t hec ro Levissa et sad pissemus intentum, falle enim admissionem posita nari cordis. Vide revist arguti in alta mar. s.t det illud subiectum, qd modo denoat calidum, si tamen n det calor ipsi inherens, n dat calidum: quod n e solum subiectum, quod denoat calidum. Ecce ascendendum e arg, et nandamus. Solum itaq. convincit illud arg, actum inte, qd solus e, et absque volutate obligandi n esse, nec denoari Legem, at posse optime dici Legem, adveniente ea volutate, sicut subiectum, qd solum e, et absque calore ipsi inherente, n denoat calidum, at vero adveniente calore, ipsum solum esse

et n aliud, q. denotat calidum.

20. Reiicit Sunedis currendi my Arras, errorem q. vellabat inopinionem Innotatorum, Ppig a se impugnatam, sed reo, hec nec esse illa ridicula Innotata, de quibus ipse Sepius triumphavit exultans in suis scriptis, quia iam penitus in sudibus abierunt, sed alia longe Innotata, que admitti narlo debent a severioribus illorum Innotorum Sortibus. Rursus reiicit, quia si antequam adveniat Volio, n est tota essentia Legis, sine dubio eam dictio accedere, debebit minime esse pars Legis. Sed rebit fate eam vollonem ad summum esse partem Istuente denotationem Legis, n tamen esse partem illius, q. denotat Lex, sicut ex eo q. antequam accedat Soi Silas, Jomo n e, needicit Deus, illam tamen Phiam accedente esse partem denotationis Phi, n vero esse partem Phi, seu illius, quid dicit Phia. Unde si quis vellet pro libito suo appellare Legem illum actum intus, qui advenit Volio obligandi, et itam appellare, desiente eam dictione, per pany premeret his rebus P. Arriz.

21. Propter alit, et quidem efficiens nra Ico, quia talis actus intus, nempe Iudicarum debere Iusti, et Iveniens ad regimen Coitatis, n requirit cum se ad rationem Legis, ut statuimus cap. precedenti, et infra plenius probabimus: quo n solus ille actus e Lex, qui ro tiam probat, nec seiunctus ex actu volitatis, et intus indilis simpli posse dici Legem, ut asserebat Grasar supra relato. Igitur, 5o ulor. Si omittenda e Lex, ut dicemus in Io Io: quo denotatio Legis n Ivenit solo actui intus.

22. Solum potest obiici contra hanc Ices, q. ex pluribus Sacre Scripture locis, ac Patrum Iocis videat inferri solum actum intus esse Legem, q. dicunt Impulsum et legem esse roiz opus. Quibus Sa piam dicit de se, per me Reges regnant; et Psalmo 18 preceptum Domini lucidum illuminans oculos. Vide alia loco ap. Sartam Sectio 9. Sed fate ad hec ret e dictum, legem posse dici opus rationis q.

qº Jcedit lxrecta rod. Et suppit prudens Iudiy Legislatoris, q. optime salvat, quamvis sit actg voluntatis, deinde dicit oculg illuminare, quatq volũtas superioris cognos a subdito, ipsiq intq illuminat ut quid facere, q ve omittere debeat, agnoscat, nec alio modo poss actg intq superioris illuminare oculos subditi. Et q. dent plura, quae dicant legem ad intq q. tinere nulla, et reperiet, quia eaq fratris insolo actu intq consistat.

23. 2ª 9cº: signa externa, quibq Legislator manifestat suaq volũtatq obligandi, n vocant q̃ prie lex. Pbtr 1º quia talia signa sunt promulgatio ipsiq legis: go n sunt ipsa lex, q. Jroa, nag oes cōiter distiguunt int legem, et eiq promulgationem. Pbtr 2º, quia talia signa n requiruntur q. se ad rōem legis, ut supra dociumq, q. solum ut instruq q. q. subditq cognat legem, unde si aliunde posit subditq innotescere praeceptq legislatoris, sive volũtatq obligandi, manebit vere obligatq absq talibq signis externis: go ea signa q. se, et propriè n sunt lex. Obi: ea signa q. talit imperium legislatoris, ac proinde Aneitaq n posse constitue legem. Rdo contra, quia tale imperium, ut distinctq ab actu Iudicij, et volũtate obligandi, n e q. se requisitq ad legem, ut supra pbavimq. Dª 2º, q. male q. funditur tale imperium cq signis externis, imperiq enim debet q. tinere ad mentq legislatoris, ea e actq interior vitalis et spiritualis; signa vero externa sunt aliqd mate, et sunt excogitata q. defectum subditorq, qui n possent mentq internaq legislatoris q. cipere nisi q. ea instrumenta.

24. Jfrat, nag I. talia signa externa dicunt lex q. se sola, et absq alia volũtate obligandi expsa legislatoris, et hoc evidenter falsum, alioqui si legislator ea signa proferret absq ullo aio obligandi subditq, hic maneret vere obligatq, quod reabilit opinari n poes. I. solq dicunt lex q. do vere signant volũtatq obligandi latentq in mente legislatoris, eq. Et utrumq sustineri posset, adhuc tm

q̃t

improbat, nec talia signa etiam quod vera sit supponit legem in mente superioris, et illam regnant; quod ipsa non sit formaliter lex, sed signum externum legis interioris, nihilominus in nanc huiusdi signa posse satis improprie et quasi denominative appellari legem, quatenus est declaratio legis. Uno solo cognito intelligatur, qua subditi legem cognit, ipsa impropriè vocatur lex.

25. Sed 2do sola voluntas obligandi proprie dicitur lex. Pro hac sas citat P. Tannerus Almainus, Henricus, et Alphonsus a Castro et ei favet P. Suarez, quatenus licet dubitet, magis tamen in eam inclinat. Probatio huius ex ut potest sequitur ex nostris tractatibus, voluntas propriam de sumenda est ex communi modo loquendi et apprehendendi in hoc de praecepto. Etenim cum nos legis apprehendimus illum actum superioris, ad quem formaliter reducimus obligationem faciendi, vel omittendi aliquid, sed talis actus est sola voluntas obligandi: quod sola voluntas obligandi proprie dicitur lex. Probo minorem: nam cum dicimus nos obligari ad aliquid faciendum, quia superior vult ad illud nos obligare, in eo tantum quia iudicat expedire istud esse faciendum, aut quia externe hoc nobis subditis mandet, seu verbis aut dicit illud esse conveniens, cum totum hoc possit stare absque ulla obligatione subditorum; et ita cum ad obediendum aliquem exhortamur, dicimus, ut obediat voluntati superioris sui, eius intellectui, aut verbis, nisi quatenus haec demonstrant praedictam voluntatem: quod etc. Iterum nam cum obedientia respicit solummodo voluntatem superioris: quo praeceptum tam particulare quam generale, quod est lex, et quodvis reducitur ad actum, cum talis subiectio debet esse actus voluntatis.

26. Tum consonat modus loquendi Sacrae Scripturae, qua videtur insinuari praeceptum esse actum voluntatis. Etenim Ioannis 4 dicit Christus Dominus: meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, et 2o Machab. 1o. Det vobis cor, ut faciatis eius voluntatem, et huiusmodi innumera alia testimonia possent adduci. Dices: ea intelligenda esse de lege mate, quatenus a voluntate debet lex et praeceptum oriri... quia cum hic stringimus denominatione et faciat communis loquendi, ne cum talia testimonia distrahamus ad impropriam, praesertim cum nulla res urgeat ad id nos

obliget

obliget. Pt 2° eadẽ sententia.

27. Quia potestas, quam habent inmente legislatoris ad condendam legem, fallit se habent, ut adhuc deficiente actu voluntatis maneat sola potestas obligandi, maneat lex, contingere potest, quod si lex habeat potestatem obligandi ad faciendam rem aliquam honestam, populus manet obligatus etiam si talis res non possit omitti quocunque cognoscente talem voluntatem: ergo talis sola potestas est lex. Et si etiam voluntas praesupponat rationem actualem, id quod est ex recepta peculiari legis, scilicet ex ratione voluntatis quia nihil volitum quin praecognitum. Unde habeat ex hoc causam non distinctam voluntatem sanantis constitutivam partialiter incognite praerequisitam quam supponit ipse actus. Ita nec debemus constituere legem saltem partialiter consistere in illo iudicio praevio quod ratio praesupponit.

28. Maior difficultas huius nostri sententiae devolvitur ad difficultatem explandi obiectum huius volitionis, scilicet hic sine dubio absolutum requirendo est, sive legem consistere in actualem, sive in actu voluntatis, sive in sola promulgatione. Nam omnes debent requirere et reipsa requirunt ad obligandum subditi eam voluntatem obligandi ex parte legislatoris, cuius obiectum oportet convenienter explare, ac quali difficultatem reperiunt, horum nos explationem sequentibus disputationibus dicemus. Disputatione 3ª quae nam sit obiectum actus voluntatis, in quo lex consistit quod eorum sit explanationem difficultas.

Disputatio 3ª

Quod nam sit obiectum actus voluntatis, in quo lex consistit?

Caput 1um

Explatur difficultas.

N. 1. Diximus in superioribus, legem consistere in voluntate obligandi, quam debet habere legislator eo quod aliquid praecipiat, appellamus ergo illam voluntatem obligandi, et quia ex ea ut ex medio obiectum illius esse ipsam obligationem subditorum, quasi habeat pro obiecto hoc

quod

q. e obligare subditum, qui tale non habet, sed solum presens desiderium, in quo investigamus obiectum predicti volitionis. Secundo eo non est illam appellamus, ut significemus esse talem actum volitis, ut ipse qui se ponat obligationem in subditis, et ipsos obliget ad faciendum seu preceptum, ut maneat locus disputandi circa illud obiectum.

2. Ratio dubitandi est, quia non est necessarium adhoc, ut legislator aliquid vere precipiat, quod serio velit fieri a subditis id quod precipit, nam sepius potest contingere, ut ille ex nequitia sua optet ne id faciant, ut si imponit Rex lustrum ob causam, ne quis frumentum foras evehat, evehentibus autem in penam ponit amissionem frumenti, et sub aliam summam pecuniariam, fieri sine dubio potest, ut tunc Rex avido accipiendi pro se eam pecuniam, et frumentum, optet, cum legem eam fert, ut subditi aliqui frumentum illud extrahant, imo potest dari, si saltem singulis casibus, in quo absque ulla alia utilitate ob solam suam nequitiam desideret legislator, quod subditi leges ab ipso latas transgrediantur.

3. Idem fere contingit in vovente, potest enim aliquis ieiunium vovere, et sub habere volitum numquam ieiunandi, sive habere volitum ieiunandi, in quo eveniat, et per illam volitum potest peccare et ita vovendo, vere tamen obligaret ad ieiunium, imo ideo peccaret, quia haberet volitum non faciendi id, ad quod obligat per votum: in quo se involvit obligatio; sicut enim facto iam voto, volitum illud violandi non ipsum auferat, ita in 2° loco nuncupationis volitus non adimplendi votum, non potest illud impedire ne fiat, aut nuncupetur. Unde sicut est idem fractio, nec realiter votum facere, et votum observare, sed duo obiecta realiter distincta, poterit optime volitum unum intendere sine altero. Et similiter in nostro, nec volitatem obligandi subditum posse haberi pro obiecto ipsam rationem executionis rei ad quam fit obligatio, nec volitum voventis posse haberi pro obiecto adimpletionem rei per votum promissae.

4. Et quidem in Deo non possunt ea duo separari, nimirum aliquid precipere, et velle id executioni mandari, sed ut optime

notatur

notat Arriaga, hoc non convenit, ex eo q. vnus sit de conceptibus essentialibus alterius, quod extra Dei Iustitiam, et Sanctitatem, repugnant, nisi sit maior leges praecipit, nisi serio velit, vt stant eadem honesta, quae per illas praecipiuntur, alioqui vellet directe peccatum, quod sit bonam prius repugnat nihilominus, si quando ponit praeceptum, sub hereat alius illud auferendi intempore, quo instat obligatio, posset absque dubio aliquas percipere et sub velle ne talis rei executioni daret, non quidem in sensu composito, sed in sensu diuiso, quia nimirum vellet praeceptum auferre antequam instaret eius obligatio, ut accidit, quando Deus mandauit Abrahamo immolationem filii ad illum obligandi, et reuera ita fuit obligatus, ut si hereret Abraham voluntatem non immolandi filium, peccasset. Deus ergo non praecipiebat ideo aliud, ut pater reuera filium immolaret, sed ut exploraret eius virtutem, decreuerat enim ante executionem rei, tollere praeceptum.

5. Hinc ergo sic arguitur ad augendam difficultatem praesentem, nam volo obligandi non habet pro obiecto ipsam effectionem rei praecepti, sed nihil aliud, quod possit habere pro obiecto: ergo. Maior constat ex dictis, et minor ostenditur, aut saltem eius difficultas ex dicendis: ergo rursus deinde, quod eadem volitio habeat pro obiecto executionem rei praecepti adhuc esse poset quod hoc lex sufficient explicari, quod nec posset volitio efficax esse, nec inefficax: ergo nulla. Non potest esse efficax, quia cum non sit lex in sola potestate iubentis sed a subditi libertate pendeat, et hic posset nolle obedire, quamvis sibi imponat praeceptum, non potest esse volitio ea efficax, quod ambo cernit in Deo, cui quod est efficax volitio semper implet, sed experientia nimis constat non omnia praecepta Dei adimpleri: ergo volo, qua Deus habet praecipiendo rem aliquam, non est volo efficax de illius impletione, deinde nec potest esse inefficax ea volitio, quia volitio inefficax non est sufficiens ad inducendam obligationem, si enim superior sepissime optet multa fieri, eam, quae suam voluntatem manifestet non statim censetur condere legem, aut praeceptum imponere: ergo etc.

6. Dicet aliquis: eam volitionem obligandi esse efficacem, non quidem circa executionem rei praecepti, sed circa obligationem ad illam rem faciendam, quae obligatio indefectibiliter comitatur talem voluntatem. Sed contra est: nam si ea volitio habet pro obiecto praedictam obligationem, vel solum habet pro obiecto ipsam

rel

rei executionem, et tendendo inefficaciter circa illam, ex quo tendentia resultat in defectum obligatio, et hoc est. Adhuc impugnatur manet ex dictis, quod prius ex eo quod superior velit inefficaciter executionem alicuius rei, non ex eo non potest resultare in subditis obligatio ad illam faciendam. Itaque aliquid aliud requiritur ad hoc ut resultet ea obligatio propter voluntatem inefficacem executionis; illud assignari, ut possimus impugnare. Secundo nec potest dici habere ex obiecto ipsam obligationem, quia haec obligatio est aliunde, quam denominatio extrinseca proveniens ex generali ab ipsa lege: atqui lex ista non habet pro obiecto se ipsam, quia tunc nihil aliud velle[t] quam ponere seipsam, et hoc est, quod eam volendo seipsam ponat, non magis inferret obligationem circa illam rem, quam certa obligationis, nam et si contrarium voluisset mandare, certe volendo seipsam posuisset.

7. Nec valet recurrere ad obligationem esse quandam entitatem mediam moralem distinctam ab omnibus entitatibus realibus, quam proinde possit habere pro obiecto eam volendo: nam quidquid sit de possibilitate huiusmodi entitatis, certe quaelibet entitas moralis debet fundari in fundamento aliquo physico et reali, cui sit essentialiter annexa, quod non potest voluntas velle eam obligationem, nisi fundamentum physicum volendo, ut ipso habito, et saltem illud fundamentum ponendum: assignari quod, quod ponat illa volitio aut quid velit, ut resultet obligatio, quia ut diximus, requiritur prius seipsam habere pro obiecto, aut seipsam velle.

Cap. 2um.

Aliquae explicationes reiiciuntur.

8. P. Suarez citatus cap. 4º nº 8 dixisset in legislatore esse in Deo voluntatem aliquam efficacem, non quidem de ipsa observatione legis sed de obligatione subditorum, postea nº 9 magis ad rem nostram addit, obligationem resultare ex ... ut nam ad servandum mediorum ineaviile ad quam ... tenetur ... talis res praecepto, verbi gratia si praecipit ieiunium, vult eam volendo, ut illud ieiunium necessarium sit ad hoc ut ... sit abstinere, addit in hoc simpliciter, et in omni casu non requiri ad legem. Denique docet obligationem legis esse magis moralem, quam physicum, posse in ... circa illud voluntatem efficacem non solum humanam. P. etiam ... quod ait se alibi ex professo tractasse, nullibi tamen maior huius rei explicatio reperitur, et quidem id valde difficile est ex-

plicare

Explare nam ut ipse Suarez l. 9 ait, ens morale semper includit pro-
fundo aliquod ens reale, et physicum, ex quo resultat: ergo quamdiu non
assignatur illud ens verum, et reale, nec potest assignari obiectum morale
illius volitionis legislativae.

9. Impugnatur eiusdem explicatio, nam id quod docet de necessitate ieiunii v.g. ad servandam virtutem abstinentiae, nec absolute verum est, nec ut ipse asserit, semper naturaliter ad legem: ergo non potest in eo collocari obiectum legis. Antecedens probatur: quia virtus naturalis abstinentiae, quae consistit in eo quod quis non comedat, nisi ea quae ad sustentationem corporis sunt utilia, generaliter non prohibet ullo modo carnes esse die Veneris, unde etiam si quis peccet contra legem ieiunii in quadragesima, non tamen ideo peccat contra naturalem abstinentiam, si moderate illis utatur: ergo non est absolute verum quod volitio legislativa hic prohibeo constituere nam praeceptam, ut naturalem ad servandam mediocritatem illius virtutis, ad quam tendit talis materia. Rursus: demus eam doctrinam esse universaliter veram, adhuc tamen intactam relinquit difficultatem in qua versamur, quia tale ieiunium de novo esse naturaliter ad mediocritatem virtutis abstinentiae, est quaedam denominatio extrinseca, generaliter conveniens ab ipsa lege, ut patet; si assignet Suarez, quae alia sit entitas producta de novo, in qua consistat ea decessio, iam vere hic insurgit tota ea impugnatio quam nunc produximus, contra asserentes obiectum illius volitionis legislativae esse ipsam obligationem, quia revera, nisi aliud est hic necessarium, quam explicat hic author, quam ipsamet obligatio.

10. Denique urgentius impugnatur ex ipsius doctrina in ea illa volitio legislativa, ut ipse vocat efficax: ergo debet habere aliquid quod a parte rei producat; sed nihil aliud a parte rei producit, quam eam obligationem: ergo nec obligatio est ipsa lex, nec talis volitio, contra ipsos hic probato, quod repugnat.

11. 2a explicatio potest esse aliquorum recentiorum, quorum tacito nomine refert P. Arriaga, dicunt enim legem hanc prohibito ne amplius ea bona physica quae est in esu carnis v.g. tamen non esse bona moraliter sicut in eo dono peccati dicunt Dei velle ne amplius peccet privari dono et solo malo, eam autem carentiam donationis bonae dicunt esse idem cum carentia libertatis moralis, quibus verbis videntur asserere obiectum legis esse carentiam libertatis moralis

ad

ad faciendam proximam praecepto, ut aliqui expressis docuerunt. Impugnatur etiam haec explicatio, nam P. Claudio vult tollere aliquam entitatem ex qua oriebatur antea ea denominatio omissionis licitae, et bene: P. restinguit omnes entitates ut prius existebant, et addit novas, si 27: ostendat, quae sit illa entitas ablata, et tunc habebit obiectum voluntatis legitime sine recursu ad tales denominationes, dicemus enim obiectum illius esse carentiam physicam illius entitatis ablatae. Si vero nulla entitas tollitur: ergo nec potest auferri eo denominatio prior; quia haec non distinguitur a prioribus entitatibus simul sumptis, si denique aliquam entitatem denuo addit, ostendat per rationes quaenam ea sit, et haec erit obiectum voluntatis illius legitime, quin necesse sit tam multitudinem vocum et denominationum implicare.

12 3a explicatio posset, quam aliquando tradidit Arriaga circa obiectum idoneum. dixit enim illud esse carentiam odii Dei, casu quo per impossibile Deus odio haberet peccatorem propter peccatum praecedens. Quam voluntatem idoneam hoc modo explicuit, volo, ut si per impossibile te odio haberem propter peccatum praeteritum eo ipso sim iniustus. Ex qua doctrina sic possent in praesenti discurri: et assignari legitima, si dicere volo, ut si non ieiunaveris crastina die, peccas; cuius volitionis obiectum est cum forsan proxima conditionata iniusta omissionis; omissio autem iniusta procul dubio distinguitur a non iniusta omissione; ergo vero legis intentionis: ecce assignat obiectum verum, et reale illius; quod vero lex id intendat probatur, quia aliquem esse obligatum ad ieiunandum, nihil aliud est, quam illum non posse sine peccato ieiunium omittere, non posse autem sine peccato ieiunium omittere, idem est, ac dicere quod si omittat ieiunium, peccabit. Sed lex intendit obligare ad ieiunium: ergo intendit eam peccabilitatem conditionatam iniustae omissionis: ergo facile, et absque ulla violentia explicatur per eam facilius obiectum voluntatis legitimae.

13. Haec etiam explicatio non levem difficultatem continet praesertim in sententia ponente libertatem extra ipsos actus, quam defendit Arriaga, nam omissiones vel esse malas et legi contrarias, nihil penitus addit supra ipsas omissiones praeter existentiam legis, sive in se, sive in cognitione apprehensa (quod ultimum parum refert pro praesenti instituto) quia alioqui non actus solo in se physice invariatus, quo quis vult omittere non cogitando

de

de prohibiti, et qui eo ipso n'é contra legem formalit, sola tu addita extrinsece legis exat. et cognes illi, reddit contrarii legi, et malū. hinc aut. est eas voliones legisleva reflectu supra seipsam. Et si ipsas velli dicere, quia comestiones est malus, et contrarii legi, nil addit supra comestiones, quod exere legem, qui ipsam prohibeat: quo dum lex vult, quod illa comestio sit mala, aut legi contraria, nil aliud vult, nisi quod ipsa lex exat: quo obiectum illius volitionis, solum é ipsamet lex; nam exam ipsas comestiones lex vult precisse quod sit exat, sit mala, seu contraria legi: atqui contrariet, ut supra addita ex comestionis é formaliter ipsa lex: quo ipsa lex has habet obiectum, sive homine, sive illo tale obiectum explet.

14. Nihilominus advertendus habere flexiones, et vim propositi arguit. posset quis vere eas voliones n dicere volo comestiones carnis, si ponat esse contra me: ias enim hic involvit manifesta reflexio: sed generaliter ita dicere, volo comestiones, si ponat esse contra preceptum illud generale, obediendum esse legitimo superiori. Unde cum eius dispositio generale antecedat omnes liberas prohibitiones actuales comestionis, fiet, quod obiectum illius volitionis erit aequate distinctum ab actuali prohibitione: quo cessat omnis reflexio, quas vitare contendimus. Sed aut obiectum predicte volitionis, si debeat esse quale explicatum est, probatur: quia lex particularis prohibens comestiones carnis, v.g. et consequenter aliud, in qua consistit talis lex, ponit effective et ipsa tales comestiones, si ponat, contrarias illi precepto generali de obediendo superiori: quo debet ipsa velle, tales contrarietates cum predicto precepto, quia non potest explicari, quare ponat effective eas contrarietates, nisi ipsas volendo effective. Deinde posse eas voliones velle predictas contrarietates cum illo precepto generali, quin expresse velit contrarietates secum ipsa. Ita suadet, nam licet ea duo obiecta sint inter se hic et nunc connexa, nec possit una contrarietas consurgere sine altera, quia ideo comestio hic et nunc opponitur precepto universali, quia opponitur huic particulari legi, adhuc tamen potest intellectus precisse formaliter cognoscere comestiones esse contrarias precepto generali, quin discernat an contraria sit huic prohibitioni particulari: quo et voluntas, quae semper sequitur ductum intellectus, poterit velle unam contrarietatem, quin velit aliam: quod est.

15. Adhuc tamen non satisfacit haec responsio; 1° quia nequit
effici quod commissio dese bona, aut indifferens fiat contraria illi pravo naturali, scilicet
obediendi esse legitimo Superiori, nisi ponendo legem particularem, quae illam pro-
hibeat. ergo voluntas nequit velle talem commissionem esse contrariam pravo naturali
nisi volendo ponere legem particularem, quae illam prohibeat: ergo talis volitio habet pro
obiecto ipsam: consequentia patet: quia talis volitio non potest velle talem contrarietatem cum pravo naturali
nisi eo modo, quo possibilis est: sed non alio modo possibilis est ea contrarietas, quam per exam
legis particularis prohibentis commissionem: ergo vult eam contrarietatem, ut ponendam per
existentiam talis legis, in qua involvitur reflexio. 2°: quia licet in creaturis utcum-
que possit distingui illarum apprehendendi, et amandi obiectum propter se ipsum,
quia humani possunt ad sua obiecta ferri in concreto, quod distinguit, et prout non
sit ei cognitum, non potest ea doctrina Deo attineri, necesse enim est, quod contrahere dum
cognitum homicidii, mendacii esse, esse mala moralia, cognoscat etiam, in quo eorum
malitia consistat, sicut non cognoscit homines sine confusione, nisi cognoscendo, in quo essentia
illorum consistat: ergo non potest cognoscere commissionem nunc esse malam, quam antea non esset,
nisi cognoscendo de novo esse prohibitam per legem novam: unde ut velit illam
de novo malam efficere, debet velle novam prohibitionem. velit +

16. Hinc autem derivatur impugnatio contra quorumdam
Recentiorum, nam licet, quando solum quasi speculative quis agnoscit in obiecto aliquo
malitiam, non eo ipso debeat apprehendere dictamen in quo ista consistat; sed
in eo aliquod malum morale agnoscat. Si tamen ipsemet vellet istam
malitiam obiecto dictam tribuere, ut eam tribuit Legislator prohibendo obiectum,
necesse est, ut clare cognoscat hoc obiectum, et vult malum reddi, quam per prohibitionem:
ergo ut velit illud reddere malum, debet velle suam prohibitionem: ergo non ex-
cusatur reflexio per hunc modum discurrendi, et quidem quis non videbat ridiculam
fore meam volitionem, qua possem velle esse malam, et contrariam pravo naturali obe-
diendi Superiori commissionem, quae dese erat indifferens, et nulli pravo naturali
contraria. Nam rogo, quid refert me velle esse malam, si de novo nihil volo
rationis malae sit? Si enim ea commissio dese indifferens nequit esse de novo ma-
la, nisi per aliquid de novo mala fiat, ergo non sufficit, quod ego velim eam esse malam
sine illa actuali praeceptione voluntatis, sicut si Superior nihil vellet praecipere, quamvis
vellet

velleret aliquod obligationem de re indifferenti esse malum, nullius effectus esset ea volitio, sed omnino nugatoria iudicaretur: ergo etc. Cap. 3um Singularis quaedam explicatio Cardinalis de Lugo.

Cap. 3um

Singularis quaedam explicatio Cardinalis De Lugo.

17. tomo 1° in 3am p. disp. 3. sect. 5. occasione iuris iusti, et voluntatis transferentis dominium disputat unde hic author quodnam sit obligationis volitionis imperantis legem, condonantis culpam, relaxantis debitum etc. de quibus vel dixi videtur esse eadem difficultas, cum ergo rettulisset omnino a ratione legis, ipsius directam volitionem, etiam ineffacem ipsius rei imperatae, aut voluntatem praecepti velim esse effacem quoad effectum, et ineffacem quoad affectum, tandem ita dicere velle ut tale esse hoc obligationem impossibile, saltem ingenere moris, nisi minus, quam sit alia debita turpitudo ex natura sua quae voluit non habet ipsam obligationem sed aliquid aliud praescindere a possibili, et impossibili, quia effectus apud prudentes tam vim habet, ut eo ipso iudicent tale obligationem non esse iam licitum, sed turpe in genere moris.

18. Obiicitur contra 2° sic: nam illa volitio non vult reddere tale obligationem turpe, nisi in tantum obedientiae, etenim etiam si unus et idem superior habeat leges, ut ex iustitia et ex obedientia adstringat subditum ad rem eandem faciendam, quae est sine dubio ut uno solo existente titulo et contra illam rem prohibitam reddet malam, nisi in una existentis materiis utique in materia obedientiae, atqui eo ipso iam videtur ea volitio se habere pro obiecto: nam vellet quod illa actio sit contra obedientiam, idest, ac velle ut illa sit contra propriam volitionem quae illam actionem imperat. ergo etc.

19. Huic obiectioni ret. voluntatem illam habere pro obiecto obligationem diversam ab ea, quam creat in actione 2°. Pro cuius doctrinae explicatione prius observat Lurminere cogni dicere nam realis sequi monita et consilia illorum, quos ob aliquem titulum sibi constituit quasi duces, et magistros, qui titulo aliquo fundant non solam decentiam, sed etiam obligationem sequendi monita, ut sit Doctor, vel Pater velit, vellet, et sic illo ineffaci obligare sibi illum, et reddere illi turpe obligationem prohibitum eo ipso id efficeret: unde Parens ante illam voluntatem non deberet agnoscere in se

potestas vera, et realis obligandi, sed solum fundatur hoc, quod deceat filium sequi monita parentis, et propterea filius tunc dicit pater: ego vellem, quantum est ex me, eam decentiam reddere obligatoriam, sicut est obligatoria alia dota ad quam non obligat. ferret ergo eandem ad obligationem quandam, qui proponenti apprehendit, ut pro dicto eo autem ipse non acceptat eam voluntatem patris ad creandam veram obligationem. supposito quod ex eam voluntatem in actu exercito obligat, poterit reflexe velle obligare, tunc enim volo illa esset reflexe. sumit illam alteram inefficacem.

20. Si ulterius inquiras, an quis sit a prior decentia sequendi consilia parentis antequam respiciat obligationem faciendi, respondeo consilium intra nos consilij non includere ullo modo voluntatem rei quae consulit, nec obligare ad eam, sed solum manifestare quod in illo negotio cuicumque expediret, quia et secundus se habet melius, et certe practice hoc, illud, quod ipse talis decerneret facere si in talibus circumstantiis esset. Hinc sequitur quomodo transferat dominium, et obligo ex iustitia, quomodo differat oratio ab imperio consilio etc.

21. Ex hac explicatione, ut omittamus illius prolixam discussionem, propter quam sollicite descendendum foret multa impugnanda veniunt. Et falsum est quod hic author supponit, nempe prius debere esse decentiam in sequendis consilijs superioris, ut inde legislator dicat volo illam decentiam facere obligatoriam, quantum est ex me, quia vis imperativa non pendet ex illa, sed à vi consiliativa. Unde etiam si conciperemus quod posset impedire superior non habere vim dandi consilium, nemo non credens diceret ideo non posse in eo superiori esse vim imperandi, ut enim est contrarium possum dare consilium, et non possum imperare, ita possum imperare, et non possum dare consilium. Id quod clarius est certum in Deo, etenim quae immateriale certum est sumine re, teneri nos Deo praecipienti obedire, quam attendentes sufficienter esse Dei sequi consilia. Et fortasse aliquis diceret esse magis proprium Dei praecipere, quam consilium dare, quia mandare est proprium maioris, quod exsalit hominis in nos. At vero consiliari videtur esse actus, quasi aequalis ad aequalem, ideoque ex hoc capite videtur esse minus connaturalis Deo quam aliis.

22 2°. quia videtur absurdum, quod negante eam voluntatem obligandi, non possit praecognoscere immateriale se posse obligare creaturam, sed teneri eo ipso modo procedere, praecognoscendo eam decentiam in eo, quod creatura sequatur eius consilia

Moral.

et optando ineffacit id, q. adhuc n' cognit ut pole, et postea in actu 2° obliget, qui tn[illegible] procedendi, nec superiori clare, unquam, ut ex[illegible] venit enim[illegible],
s[illegible] ammate agnoscit subditus teneri suis mandatis obedire, et postea ut
ad aliq[illegible] specialē illos obliget, alt[illegible] volo illos hec autti[illegible] facere, ita ut eis
iam non sit licitū illa omittere.

23. 3°, quia licet verum sit, q. hic author suppo[illegible]
adhuc n' invisibile ad praesens difficulty declarandus, quia si obtyi illos volo
tis dicit ee ad obligo impotis, quam superior tunc vult effaciti, quantum e ex
[illegible] quid graece[illegible] e[illegible] variis, prius recurrere ad decentiam in sequendis [illegible]ilijs
[illegible] decentia deinde vero ferat ad obligoem, sed poslclarius, et falsius dici
superiorem agnoscere teneri subditos facere suas volates, q[illegible] ipse velit ea
obligoem chiricam, et tunc eo ipso illos dicere, volo quantum e[illegible] ea obligos.
Quo posito iam subditi exunt obligati absq. ullo recursu ad decentiam
in sequendis [illegible]silijs, nec video q° [illegible] explanatio illius obti impositis posset
iuvari [illegible] illos decentias priores superius in sequendis [illegible]silijs, nam ex eo
q[illegible] superior eas decentias prius agnoscat, [illegible] q. eas velit
vult, sit impote, qui sauh[illegible] [illegible] poni veras, et vias obligoem prius
[illegible] hec: q° superior velit obligoem impoly, et chiricas, et enim tota obli-
go subditorum dependet a volate superioris: ergo si superior n' vult veram
et vias obligoem ponere, utiq illos n' ponit, quamvis alioqui velit
imponere alias impos, et chiricas.

24. [illegible] frat: q° pot superior [illegible] here hanc
vol[illegible], eas q[illegible] subditis manifestare solicite, velly, q[illegible] e exme [illegible]
posse ut hoc obtys esset desei illicitis, et nemo illud posset efficere, et sed
[illegible] hac volate addere, s[illegible] quia exse n e, ita[illegible] ibi bis, nolo [illegible] pove [illegible]
hibere, q° nec volo ee similaris in hac povas prohibit, profecto huius
di cluss voly esse in [illegible]ly, nullo, l. apparenti rols [illegible]bari poe
turne. ergo volis obligandi n' [illegible]sistit in ea volie, quantum e ex [illegible]
superioris effaci, q° vellet obtyi illud ee prohibitis exna[illegible]rei. P[illegible]
q° alioqui n' posset dexere ty alia 2° volate. Quorq dy dicit, s[illegible] q°
ita non e, nolo illud obly pove prohibere, claxe ostendit, se non

here

here alias volitiones prohibitivas diversas ab ea, quae circa eas chimericas obligationem versatur, quia hanc re ipsa habet, ut supponimus, et non vult habere volitiones illius obligativas veri, et realis, et tanquam 2°. ergo non sufficit ea prior volitio ad inducendam obligationem veram.

25. 4°: impugnatur ille recursus ad obligationem chimericam et impossibilem, quia difficile potest credi superiorem nil posse praecipere, nisi prius optando inefficaciter unam rem chimericam, et impossibilem, quae forte nulli venit in mentem, et in Deo habet specialem vim haec ratio, quia multi doctores negant Deum posse apprehendere rem chimericam, nisi in actibus, quae sententia, licet vera non sit, quicunque eam reiteraverit ex hoc capite, quod Deus nil posset praecipere, si nullum obiectum chimericum posset apprehendere. ergo ea apprehensio, et volitio inefficax de obligatione chimerica valde disparata est ad rationem praecepti.

26. Solum posset temperari haec sententia, dicendo superiorem, qui dicunt volo ut haec materia sit obligatoria sicut aliae naturales, non velle aliquas obligationes fictas, sed quandam obligationem similem aliis obligationibus naturalibus, nempe eas, quae possibiles in aliis obiectis, et revera est aliquomodo similis obligationi naturali, et hanc, quam volunt ex eo actu, re ipsa caret in subditis, ita enim non fit recursus ad obiectum impossibile, sed vult illa volitio, quod subditus adstrictus sit ad fugiendum aliquod obiectum de se indifferens, non minus quam adstrictus est ad fugienda alia ex natura rei turpia: In quo non vult omnimodam similitudinem, sed eam, quae possibile, et revera datur, posita ea voluntate superioris: Sed haec responsio etiam impugnatur, quia si per impossibile nulla obiecta essent prohibita ex natura rei, aut illicita, sed omnia plane forent indifferentia, solum quod illud principale esset scilicet debere esse in republica aliquos moderatores, quibus obediant, sane tunc isti moderatores possent plura obiecta prohibere, non minus quam modo possunt. sed tunc non recurrerent ad obligationes istas naturales aliorum obiectorum, ut quaererent obligationem illis similem, istas enim non appeterent. ergo nec de facto necessarius est iste recursus ad eam impossibilem. Cap. 4. vera difficultatis pendentis resolutio.

Cap. 4um.

Vera difficultatis pendentis resolutio.

Suppono

27. Suppono 1.º: actus nostros internos non semper diversificari penes obiecta diversa, sed saepius diversos esse ex intrinseca sua natura et modo diverso tendendi in idem prorsus obiectum, quod patet vestigiis in actibus intellectus, quam in actibus voluntatis. Etenim apprehensio, et iudicium tendunt circa idem prorsus obiectum, nam id ipsum formaliter quod iudico per hanc propositionem: Petrus est homo: antea fuit tamen attactum per solam apprehensionem, differunt tamen illi duo actus solum ex diverso modo tendendi circa idem obiectum. Sic etiam assensus, et dissensus idem formaliter obiectum attingunt alter negando alter affirmando particula enim non apposita in propositione vocali nativa non denotat aliquam entitatem ex parte obiecti, quae cognoscatur, nihil enim distinctum cognoscit, sed solum denotat distinctum actum intellectus, scilicet separantis inhiciantis ab ipso eodem obiecto, quod per affirmationem attingebat, id est non-veritatem, seu separatio mentalis, et potest haberi idem obiectum, quod fiet mediante iudicio, nam illud ipsum formaliter quod cognosco iudicio possum alteri loquendo manifestare. Unde solum distinguuntur penes diversum modum tendendi, nam iudicium contemplatur obiectum, locutio vero idem obiectum dirigit alteri audienti.

28. In voluntate etiam frequenter id reperitur, nam gaudium et desiderium circa eandem omnino rem solent versari, quod de illa eadem formaliter exardoti, quam quis desideraverat prius, gaudet, quod eam iam obtinet. Similiter amor et odium possunt circa idem obiectum tendere, nam ipse ipsum, quod aliquis amat, potest alter odio habere, et fortassis propter idem omnino motivum formale, item idem formaliter unus sperat, potest alter timere, quia quod uni bonum est, potest alteri esse malum, vel saltem ut malum apprehendi. Unde in talibus his actibus contradistinctio se tenet ex diverso modo tendendi ipsorum, non vero ex parte obiecti, quod supponimus esse prorsus idem.

29. Hinc suppono 2.º, quod in experimento differentiam aliquam in aliquo actu interno, nec eam possumus colligere ex diversitate obiectorum, quia dota sit omnino eadem, debemus recurrere ad intrinsecam eorum naturam, et asserere eos distingui a seipsis formaliter, sicut distinguimus alios rerum essentias absque ordine ad diversa [illegible]. Sicut enim ipsi inter se formaliter distinguuntur, quin istorum recurramus in ordine ad aliquid [illegible] ne detur processus in infinitum, ita possumus ipsarum rerum essentias distinguere in se formaliter praesertim quod differentia est per seipsa notas, et a seipsis acceptis.

30. Ergo 3.º actus voluntatis, in quo consistit lex, habere

pro obiecto ipsam rem praeceptam, et quidem quatenus illam vult effici, aut in effectu, seu quatenus eam praecipit, et mandat, nam sicuti iste actus, volo, quod audias Sacrum, habet pro obiecto ipsummet auditionem Sacri, et illam denotat volitam efficaciter seipsum, ita hic actus: audi Sacrum, seu volo, ut superior, quod audias Sacrum, habet pro obiecto eandem auditionem Sacri, ut tamen illam denotat efficaciter seipsum volitam, seu praeceptam, quia non est volitio Sacri, sed praeceptio illius: unde isti duo actus voluntatis non diversificantur penes obiecta, quia obiectum est prorsus idem rursus utriusque actus, sed solum diversificantur ex intrinseco modo tendendi in idem obiectum: quia unus tendit amando obiectum, alter illud idem praecipiendo, quae differentia est intrinseca, et essentialis in ipsis actibus, nec ex alio capite potest desumi, quam ex suismet intrinsecis, eorum modo discurrendum est circa prohibitionem, et praeceptionem affirmativam inter se separatas: enim in idem obiectum potest esse prohibitum, et affirmative praeceptum, et solum versabitur differentia circa modum tendendi horum actuum, quod unus tendit prohibendo, alter vero mandando.

31\. Hac doctrina evanescunt plane difficultates, quae in aliis opinionibus maxime vexant suos Authores, ut vidimus, nam imprimis vitatur aperte omnis reflexio eiusdem actus supra seipsum, res enim praecepta, quae est obiectum actus praecipientis, aequaliter distinguitur ab ipsomet actu. Deinde facile exponitur, quomodo possit consistere praeceptum rei cum voluntate superioris efficaci, seu inefficaci, qua velit rem praeceptam non fieri a subditis, nam potest optime quis velle rem aliquam non fieri, et adhuc illam praecipere, imo, et velle illam praecipere, quod ex his ipsis quod distinctum est, velle eam fieri, et illam velle praecipere, unde poterit superior velle unum sine altero, vitatur etiam recursus iste ad obiectum chimericum, et impossibile, qui adeo difficilem reddit nam alioquin falsum, et quia a quolibet vulgari homine concipitur, omnes enim intelligunt praecipere, seu prohibere, vix tamen aliquis post multum ingenii laborem illum recursum ad impossibilia, et ad illam fictionem excogitatorum capiet.

32\. Sed pro explicatione nostrae doctrinae notandum est primo illum actum voluntatis in quo consistit: secundum physicum, quod dicit, posse ab omnibus hominibus elici, quamvis superiores non sint, est enim quidam actus physicus nostrae voluntatis, et sicut omnes possumus amare, et odio habere, desiderare, et gaudere, timere, et sperare, ita omnes possumus praecipere, et prohibere secundum physicum, quod huiusmodi actus

importans; quod idem est prius voluntas, non tamen possumus obligare alios; quia ut preceptum, et prohibitio obliget, debet procedere ab habente iurisdictionem et potestatem preceptivam, qua deficiente illud preceptum physicum, aut actus physicus precipiendi nullius erit momenti in ordine ad obligandum moraliter alios, quibus preceptum dirigitur. Probatur: quia nemo tenetur obedire cuicunque precipienti, sed tantum illi, cui subjectus est. Item non alias ipso, Item ex alio titulo sufficienti ad dandam iurisdictionem alteri, de quo in presenti non disputamus: ergo non sufficit, quod aliquis mihi precipiat, aut prohibeat aliquam rem, ut ego maneam obligatus, sed necesse est, quod sit meus superior.

33. Notandum est 2o, differentiam, que datur inter superiorem, et eum, qui superior non est, non consistere in eo, quod alter possit elicere actum physicum imperii, alter vero illum non possit elicere, nam quoad hoc equaliter omnino se habent superior, quam non superior, sed in eo, quod imperium superioris obligat moraliter ad rem preceptam, et illius omissionem constituit formaliter malam, et dissonam rationi, quod prestare non potest imperium illius, qui non est superior; quia non est dissonum rationi non obedire illi, cui ex nullo titulo subjectus est, neque enim datur preceptum aliquod naturale obediendi omnibus, sed solum obediendi superioribus: imo nec obediendi nisi circa objecta iusta, et honesta, ut explicuimus in de differentiis legis.

34. Notandum est 3o quamvis superior velit rem aliquam a subdito fieri, hancque voluntatem suis manifestet externis, adhuc subditus non obligari ad illius rei executionem. Probatur: quia superiorem velle eam rem fieri non est illam precipere: ergo quamvis illam velit, si tamen non precipit subditum non obligat; non enim obligatur subditus ad faciendum quidquid superior voluerit, sed tantum quidquid preceperit. Hec dixerim de stricta obligatione: nam ad perfectionem obedientie, certum est bonum habere, quod subditus exequatur quamlibet superioris voluntatem sibi sicut insinuatam, ut colligitur docent spiritualis vite magistri. Sicut e contrario, quamvis superior nolit rem aliquam fieri, si tamen illam precipiat subditus manet obligatus; quia bonum prioris illam voluntatem non tollit preceptum, sed stante precepto, subditus tenetur obedire: ergo etc. Assumptum: quia facere rem aliquam

et

et ad illud obligari, sunt duo entia inter se distincta, et separabilia: quo potest Superior nolle hoc, et sed velle rj.

35. Notandum est 4°: discrimen quod versatur inter praecipere et velle praecipere, illud est producere actum voluntatis imperativum, hoc autem solum est velle illum producere, stat optime, quod Superior velit praecipere et tamen adhuc non praecipiat illum, quia actus praecipiat potest stare, qui in expresse, et formaliter velit praecipere per actum dictum, qui reflectatur supra ipsam praeceptionem formalem; dico expresse, et formaliter, nam saltem virtualiter vult praecipere, qui libere praecipit, sicut qui libere amat saltem virtualiter vult amare, quamvis per actum distinctum non velit, quasi reflexe illum amorem. Hinc ulterius fit, quod Superior non obligat praecise per hoc quod velit obligare, sed necesse est ut obliget, quia actus praecipiat; nam obligatio nequit consistere sine praecepto, volitio autem obligandi non est praeceptum, sed volitio praecepti: sicut volitio amandi non est amor formaliter, sed volitio amoris.

36. Rogabis: an si Superior necessario, et absque ulla libertate aliquid praecipiat, eo praecepto obliget, et subditus teneatur obedire? Videtur affirmative respondendum, quia libertas Superioris per accidens videtur se habere ad rationem praecepti. Nihilominus existimo distinguendum esse, nam si Superior, dum actu elicit necessario praeceptum, simul habeat actum, quo nollet tale praeceptum elicere, putarem subditum non manere obligatum, quia tale praeceptum non procederet a Superiore modo rationabili et humano, scilicet ex vi illius expressae voluntatis, quae voluntas velut admittit ipsi praecepto vim obligandi, quam alioqui haberet; si autem Superior non habet eiusdem actum, scilicet propositum oppositum quo velit praeceptum elicere, quamvis necessario illud eliciat, existimo habere effectum obligandi, imo ipse dicerem, si nullum alium actum haberet Superior praeter praeceptum necessario elicitum, quod defectus solius libertatis in praecipiente non videtur posse impedire effectum obligandi; nec enim eo ipso, quod praeceptum sit necessario elicitum, est contra voluntatem praecipientis. Cap. 5. y roborat nostram doctrinam aliquarum obiectionum solutio.

37. Obiicies 1°: implicat aliquem vovere absque ulla propria voluntate adimplendi rem promissam; sicut implicat rogare, aut petere aliquid sine voluntate obtinendi, quod petit aut rogat: ergo etiam implicat aliquem praecipere, qui in eo ipso

Superior

Superior aliquimo satis inefficaci velit efficere rei precepti: quo ille actus, in quo consistit lex est vollitio circa executionem rei, quae praecipitur. Confirmatur: quia sine fundamento ponimus in voluntate novum genus actus, qui nec sit amor, nec fuga obiecti; intelligerem esset si poneret in intellectu, quod homines admittentibus imperium quod nec sit studium, nec apprehensio, sed specialis quidam actus ab utroque genere distinctus.

38. Pater Arriaga disputatione 2 existimat votum, aut promissionem non posse consistere absque aliqua volitione circa res promissas, ait tamen eas esse speciales quandam volitionem, quam in nobis metipsis experimur, distinctam ab alia volitione solita, et ordinaria, qua volumus, aut optamus executionem rei promissae, eo quod specialis volitio qualis est alia volitio etiam efficax de non adimplenda talis rei: unde quamvis aliquis habeat voluntatem efficacem dandi faciendo aliquam rem, potest illam promittere, sed huiusmodi volitio, adhuc est volitio satis inefficax de tali re faciendo, non quidem volitio ordinaria, et communis quia haec nequit sufficere ad votum, sed alia quaedam specialis, quae habet vim non obligandi ad implendum id quod volumus: idem quod docet de imperio, et petitione, scilicet esse speciales volitiones inefficaces circa res imperatas, aut petitas.

39. Fateor in nobis metipsis non experiri illum specialem actum, qui sit promissio, et votum, sed quod ille sit volitio, aut affectus circa res promissas, non experimur, immo experimur oppositum, nam licet, ut in plurimum promissio procedat et moraliter debeat procedere ex amore rei adimplendae, tamen dicitur non posse promittere aliquid absque ulla prorsus voluntate illud adimplendi: et velle non obligare ad id, quod nullo modo volumus adimplere, quod obligari ad rem aliquam et illam adimplere, sit duo obiecta maxime distincta, et habent separationem illo quod per actus voluntatis, quo quis aliquid promitto, aut voveo, non volo nec inefficaciter rem promissam. Deinde illud speciale, quod habet ille actus, quo distinctus ab aliis volitionibus communibus, et ordinariis, solum est promittere rem, et non obligare ad illam: illud autem, quod quod convenit iis aliis volitionibus, nec sufficit ad rationem promissionis, nec est necessarium ad illam: quo ille actus non est volitio rei promissae, quod non sufficiat, constat manifeste, quia quamvis aliquis velit rem aliquam facere, non eo ipso illam promittit, deinde, quod non sit necessarium probatur: quod stante volitione efficaci dandi faciendam rem promissam, altera volitione efficax de tali re faciendo nullius

momenti

nominitte, ac inde se hetrac. Si nesset: go illa promissio poest stare cum volit. efficaci den' facienda rem promissam, a fortiori poterit existere absque ulla volitione tali rem faciendi: ad quid ergo ponit, quod ille actus promissionis sit volitio saltem inefficax rei promissae faciendae?

40. Dices: Illam non esse promissionem veram, sed fictam, verbis solis externis explicatam, at vero promissionem internam, et veram absque volito aio adimplendi rem promissam esse impossibile. Sed contra: nam si vocet promissionem fictam, quae est absque animo adimplendi promissa, sed cum animo non adimplendi, fatebitur Abensis, etiam actus esse promissionem fictam, quandocunque coniungit cum volitate efficaci non faciendi promissa: in quo sensu etiam est ficta promissio, quam ponit Arriaga, quod simul cum illa est alia volitio efficax den' adimplendo promissa, quam volitionem putat ipse compatibilem cum sua promissione. Probo minorem ... meo iudicio, nam ficte promittere est, rem aliquam promittere cum obfirmato animo eam non adimplendi, sed qui promittit cum volitione efficaci non adimplendi promissa, quamvis aliquo sensu sciat volitionem inefficacem de adimplendo promisso, adhuc simpliciter promittit cum obfirmato animo non adimplendi promissa: ergo quamvis promissio, quam ponit Arriaga sit volitio inefficax rei promissae, adhuc talis promissio ficta, si coniungatur cum alia volitione efficaci den' adimplendo promissa. Probo minorem: quod illa volitio inefficax de adimplendo promisso non tollit vim alterius volitionis efficacis den' adimplendo, atque inde adhuc promittens manet simpliciter cum obfirmato animo non adimplendi promissa: ergo etc. Itaque promissionem fictam voces eam, quae non habet propria ... promissionis, nec obligat promittentem, non illam promissionem, quae stat absque animo adimplendi promissa esse promissionem fictam in hoc sensu; habet enim veram, et propriam ... promissionis, et vere obligat promittentem, nam potest stare, quod aliquis velit se obligare, et reipsa se obliget, et quod nolit obligationem adimplere.

41. Itaque in promissione dupliciter possunt cedere fictio, primo si vocibus externis significet se habere promissionem, quam reipsa interne non habet, ... consequenti nulla datur promissio; sed tamen fictio, aut simulatio promissionis et merum mendacium. 2° si re vera interne aliquid promittat, sed animo illud non

faciendi

faciendi, et hinc vere dat promissio, quae obligat promittentem ad faciendum verum promissum, dicit tamen in aliquo suo facto, quod nimirum simulat, et fingit animum adimplendi, quem revera non habet. Probatur: nam omnem promissionem honestam debet comitari animus faciendi rem promissam, unde qui promittit, et non fallit, quod ipsam promissionem vellit facere quod promittit, indicat tamen se talem animum habere quando quod illum revera non habet dicitur ficte promittere; quia indicat se habere voluntatem faciendi, quod se ipsa non vult facere, quod est fallit fingere: debet autem ille animus comitari promissionem, non quia fallit detur aliqua connexio inter unum et alium actum, sed quia promissio in conversatione humana, et politica instituta, et ordinata adhoc, ut promissarii reddantur securi de executione rei, quam ipsis promittit: ad hoc autem necesse est, quod cum promissione jungatur voluntas faciendi promissum, si vero aliquando aliter jungatur ex malitia promittentis, id non tollit veram rationem promissionis, sed debitum animum promittendi, ad modum, quo, quando ego profero hanc propositionem: Deus est sapiens, debeo in mente habere Iudicium de illo, quod affirmo, non quia detur aliqua connexio realis illius exterioris propositionis cum tali Iudicio interno, sed quia ut humano, et politico modo loquar, debeo prohibere tale Iudicium, locutio enim externa instituta est, non solum ad significandam veritatem obiectivam, sed etiam ad denotandum Iudicium internum loquentis circa eandem veritatem.

42. Ad obiectionem igitur respondeo: negando antecedens, idem enim dicendum est de promissione, et petitione, ac diximus de Imperio. Et quidem de promissione iam vidimus, posse consistere absque ulla ratione voluntate faciendi rem promissam. Idipsum modo probo de petitione; nam velle ut res aliquas facias, imo et significare tibi volitionem, non est rogare, ut illas facias, nam possum ego id velle, et signare hanc volitionem, et adhuc nil petere, aut rogare. Deinde possum rogare ut aliquid facias, quamvis prave nollem te id facere, nimirum rogare eo solum animo, ut postea iustas querelas contra te habeam, eo quod meis precibus non annueris, quis autem dicat, me aliquomodo velle executionem rei quando illam eo solum animo peto? ergo potest consistere petitio absque voluntate rei petitae. Quod si dicas id optime posse intelligi in petitione externa solis verbis signata non autem in vera petitione interna. Contra est: nam id ego vellem videre probatum

aliquo

aliquo saltem apparenti fundamento, illud autem non dari supra probo: quia possum habere motivum ad rogandum aliquid, quamvis non habeam ullum motivum ad illud volendum, verbi gratia si promisi alteri rem aliquam a Iudice petere, ex titulo fidelitatis teneor illam petere, non autem teneor illam rem velle: ergo ex eo motivo possum velle petitionem illius rei, quamvis illius executionem nollem, quia habeo motivum ad illam volendam.

43. Dices: petitio est causa executionis rei, quae petitur, ideo enim qui rem aliquam inhonestam petit dicitur peccare in eadem specie, quia est causa illius rei inhonestae: ergo qui vult aliquid petere, vult etiam executionem rei petitae: patet consequentia: qui vult causam, aliquo modo dicitur velle effectum talis causae. Respondetur: distinguo antecedens, petitio est causa physica, et naturalis executionis rei petitae: nego antecedens: est causa moralis, et dependens in causando ab alterius voluntate, concedo antecedens, et nego consequentiam. Similiter distinguo eius probationem, qui vult causam physicam, et naturalem, dicitur velle illius effectum, concedo: qui vult causam moralem, et dependentem in causando ab alterius voluntate, vult ipsius effectum. nego. Itaque causa physica, et naturalis, non potest consistere sine suo effectu, et propterea non potest quis velle talem causam, quin saltem aliquo modo velit effectum: at vero causa moralis, et dependens in causando ab alterius voluntate, potest optime consistere sine effectu. Unde possum ego velle talem causam, quamvis possim nolim eius effectum: ergo possum velle rogare, quamvis nolim executionem rei rogatae.

43. Ad confirmationem objectionis nandum dare, constat enim ex dictis, non posse aliter explicari obtum actum legislativi, nisi eo modo ex potentia talem actum, quod autem potentia ad voluntatem, quam ad intellectum debeat pertinere, satis evincimus disputatione praecedenti. Addo naturaliter omnino esse, ponere in voluntate huiusdi specialem actum, qui talis tendant in sua objecta, ut illa non denotent volita, seu amata, aliter enim nequit explicari emissio voti, illius relaxatio, donatio, promissio, petitio, et plura alia de quibus in suis locis specialiter agemus: ergo idem dicendum est circa legem, nec recurrendum ad actum intellectus, qui sit formaliter imperium, nam posito hoc actu voluntatis a nobis explicato, superfluum est quodcumque aliud imperium ex parte intellectus. Disputatio 4a. An omni legi conveniat obligare, et praecipere: caput est generaliorum legis divisionem breviter percurrere

Disputatio 4a

An omni legi conveniat obligare, et praecipere?

Cap.

Cap. 1um.

Generaliores legis divisiones breviter percurrunt.

N. 1. Longum esset omnem divisionem legis ex parte rei hic recensere, usque quot sint leges civiles, quot canonicae, idemque inutile esset, et fortassis moraliter impossibile ob earum multitudinem, et pro diversis communitatibus diversitatem. Solum ergo referam generaliores tantum, quibus dividi, aut comprehendi omnes possunt: ut expedite ad speciales difficultates procedamus. Nec eas longiori et accuratiori examine prosequemur, sed rudi, ut aiunt, Minerva, quia res est levioris momenti.

2. Igitur primo dividitur lex in naturalem, et positivam: naturalis est quae ex natura ipsa rei independenter ab omni voluntate legislatoris obligat, talis est, quae furtum, mendacium, fornicationem etc. fugienda praescribit. Ad haec enim fugienda obligamur, non quia legislator ea nobis prohibeat, sed omnino antea, quia ipsa sunt intrinsece mala, et inhonesta. Lex positiva est, quae a legislatoris voluntate provenit, quae dupliciter potest contingere, sive quatenus aliquid de se non malum prohibet, aut quod de se non erat obligatorium, praecipit, ut frequenter fit, sive quatenus rem iam prius de se malam novo actu positivo prohibet, aut rem prius de se obligatoriam aliter novo actu positivo praecipit, ut Deus in Decalogo prohibuit furtum, et alia de se prius mala, si forsan haec fuit nova prohibitio, et non solum promulgatio solemnior legis naturalis. Unde eisdem obiectum potest prohiberi, aut praecipi per legem naturalem, et positivam. Sub hac divisione existimo comprehendi omnes omnino leges, nulla enim lex est quae non obliget ex natura rei, sive ex actu positivo, et voluntate legislatoris, ut considerandi patebit. Video aliter ab aliquibus explicari hanc divisionem, quod docent legem positivam esse eam solam, quae prohibet aliquid de se non malum, sive mandat aliquid de se non obligatorium, sed cum res sit parvi momenti standum est mihi explicationi, non enim assequor, quare non appellari debeat lex positiva, actus ille, per quem legislator de novo prohibet rem alioquin prius de se malam.

3. Rursus dividi solet lex in divinam, et humanam: aliqui

aliqui putant hanc ee subdivisionē legis nalis, et dicunt Divinā ee
dictamen Dei, quod tendit ob[...] aliquo ee intrē malo, humanā vº sic
dictamen repertū in hoe, et Angelo, sed cum huius dictamina etiā repe
riant circa alia obta dest indifferentia, et solum mala q[uae] prohibita pone,
n̄ ē cur ea dicta restringamus ad legem nalē. Immo dicendū ē ea dictamina
n̄ tam ee leges, quam iudicia, et rationes legum aliunde exeuntium,
quam melius explicabit ea divisio. Si dicas legem Divinam ee illam quae
a Deo imponitur, humanam vero, quae ab hoībus, nam et oīs potestas huma
et iurisdictio proveniat a Deo (quod sua explicatione eget) adhuc tū aliquae
leges immatae proveniunt a Deo, aliae immatae ab hoībus, hae dicunt humanae
illae Divinae. Contra hanc explicationem reperies eam divisionem legis in Divinam
et humanam, seu creatam, potius ee subdivisionem legis pone, quam divisionem
legis in qua oēs leges comprehendentur, quia nec a Deo, nec a creis imponitur alia
lex, quam pona, lex enim nalis a nullo superiore proprie imponitur, sed
ē obligo orta ex intra Dei nam.

4. Alio mō pōe explicari legis divinae, et creatae divisio,
ita ut omnes leges comprehendat, nempe quasi subtrē in hunc mū, lex
Divina ē, qua Deus suo mō obligat. Creata vero, qua homo, vel Angelus
obligant, ut hec precepta n̄ occides, diliges Dnum Deum tuum, et illi soli
servies, Deum non obligant, quia Deus n̄ tenetur inservire sibi, aut colere
se, amat quidē se, sed n̄ vi legis, nec ut Dominus, pōe etiā occidere, quē
velit, quia ē Dns vitae creaturae; at vero alia precepta, n̄ ē mentiendū, n̄ iu
randū falso, n̄ agendū contra iustitiā, standū promissis etc., Deum etiā res
piciunt, quia contra illa facere n̄ pōe. Si autem per impossibile faceret, operaret
male moraliter.

5. Tº dividunt aliqui legem in eternam, et temporalem,
cuius explicatio satis in promptu ē. Sed pōe dubitari, utrum ab eterno detur
aliqua lex, de qua differenter P. Suarez cap. 1, ea tū prorsus ē de solo
noīne

noīnes, nã certũ debet eē ab ēbō abeterno fuisse in Deo dictamen rōis ipsi⁹, quo iudicat, q̄ iuriũ vⁿ eē malũ, et fugiendũ. Itē fuisse ab eterno Deum obligatũ ad n̄ iurandũ falsũ, si hanc obligoem, ī aut istud. dictamen velis appellare legem, iã dabit lex ab eterno, quę respiciat Deũ. Rursus certũ ē etiã ab etno dari in Deo, illũ actum suę volūtis, q̄ quis suo tempore hoīes obligat ad fugienda eadem intrē mala. Et omnes fatent n̄ fuisse ab eterno hoīes, qui eo actu obligarent, nec fuisse pmulgaoēs talis legis. Vtrū autē ille actus dicendus sit ab etno lex, l. hoc nomen n̄ mereat ex deffectu hoīū, et promulgōis ab etno existentiũ, quis n̄ videat eē meram quęstionē de nomine.

6. Inqua nihilominus dicendũ existimo 1º verũ omnes n̄ fuisse ab etno legem, vt actu obligantē. Hoc pt evidenter, q̄ lex n̄ obligat actu nisi pmulget, saltē sicut pmulgō dicit notitiã legis in mente subditorũ, s. ab eterno n̄ fuit eiusdē pmulgōi, cũ ab eterno n̄ fuerint hoīes huius notitię capaces: ḡ ab eterno n̄ fuit vlla lex actualit obligans hoīes. Dicendũ ē 2º absolute fuisse ab etno legem verũ Creatũ. Ita D. Thomas hic, q. 91 art. 1 et coīter eius Discipuli. Pr: nã si aliqd obstaret, maxē deffectus pmulgōis, s. hęc solum requirit ad hoc vt lex actu obliget, n̄ verò ad rōem absolutã legis: ḡ dabit ab eterno lex, l. t n̄ actu obligans. Cōfirmat: nã oēs coīter distingunt intr legem, et ipsi⁹ promulgoēm, dicunt enim ipsi⁹ dari legem ā sidũ eē pmulgatã: ḡ quamvis ab etno n̄ sit pmulgata potest nihilominus dici ab etno lex eterna. Si autē nolis appellare simplit legem, nisi eã, quę actu obligat, et pmulgata ē, non multũ tecũ contendã intr eadẽ levi.

7. 4º dividi pōt lex humana in canonicã, et civilē, illa ē, quę provenit ab hoē rōe iurisdictionis spiritualis, specialit illi à Deo delegatę, ideo q. pp se magis directē in bonũ spiritũ tendit: hęc verò provenit à potestē laica, vt talē, et magis p se respicit ea, quę ad corpus, et exteriorẽ gubernoēm spectant. Deniq. lex humana alia ē irritans

seu

seu annullat aliquos contractus, qui alioqui de se validi erant; alia permittens, qui aliquod peccatum irreprobatum permittit impunitum; alia poenalis, quae poenam transgressoribus imponit; alia, quae dicitur privilegium, quae certas aliquas personas, aut civitates a communi lege eximunt.

8\. Dubitari hic potest, an omnes istae leges in superioribus divisionibus comprehensae sint proprie, et rigorose leges. Et difficultas solum videtur esse de lege naturali, et de illa, quae Deum respiciat, nam lex rigorose accepta debet provenire ab aliquo superiore quoad subditos, sed nec lex naturalis, nec alia quae respiciat Deum, potest esse proprie, et rigorose lex. Minor probatur: quia natura rationalis, quam obligat per legem naturalem, non habet proprie superiorem, a quo accipiat talem legem. Et enim Deus possit praecipere creaturae, id ipsum ad quod obligat per legem naturalem, tunc illud praeceptum non est lex naturalis, sed positiva, ut constat. Unde Deus non potest habere superiorem, a quo leges accipiat, ut constat: ergo etc. Dicendum, quod est legem naturalem solum posse dici legem, quatenus vere obligat ad faciendum, vel fugiendum aliquid, sicut obligant aliae proprie leges; in quo sensu etiam possit dici leges, votum, iuramentum, et promissio, sed tamen proprie, et stricte solum erit lex positiva, cui proprie convenit definitio legis, quam initio huius quaestionis tradidimus. Cap. 2um omni legi convenit praecipere et obligare.

Cap. 2um
omni legi convenit praecipere et obligare.

9\. Hanc conclusionem adeo veram existimo, ut in nostris principiis indubitalis omnino sit. Probo de ratione cuiusque legis esse praecipere, nam lex, ut constat ex natura, et communi definitione est iustum ac stabile praeceptum etc. sed de ratione cuiusque praecepti est praecipere: ergo et de ratione cuiusque legis est praecipere. Advertendum tamen est hoc praecipere a me non accipi in praesenti pro hoc quod est aliquam actionem, aut opus positivum mandare, ut prout contradistinguitur a prohibere, hoc enim sensu certum est non esse de ratione cuiusque legis praecipere, nam quando prohibet aliquod opus, idem proprie lex, et tamen ea lex in eo sensu non praecipit, sed potius prohibet: accipit ergo

unalis

vnalis; et prout e' genq ad diff rai prohibendi, et imponendi aliq opus pos: sive enim superior iniungat aliquod op faciendy, sive illud prohibeat veri precipit, et in hoc sat vnali lex desit et preceptu, quod deinde in suos diff cat dividit, nempe in precepty affirmativ, et negativ. Hinc aut patet 3°, quia nulla e' proprie lex quae non precipiat, sive prohibendo opus aliq, sive illud iniungendo: go oi legi convenit precipere: ans constabit ex solutis difficultatib, quas infra subiiciemus.

10. Deinde quod omni legi conveniat obligare, pr: q inintelligi le e' preceptu, q dum manet in vi precepti moralis, non obliget, aut saltem ex se habeat vim obligandi; s. quelibet lex e' preceptu: go quelibet lex habet vim obligandi de se. Fateor sane vim obligandi suspendi posse defectu aliquorum requisitor ad actualem obligationem, vg quando deficit promulgatio requisita, tunc enim non obligat actualiter, quia lex posita e', ut sortiatur effectum obligandi dependenter a talis promulgatione, qua posita, iam ex vi sui obligandi reducitur ad actum secundum. Ratio e', quia lex quando ponitur dependenter ab aliq conditione, non dicit absolute, fac hoc, sed fac hoc, quando ponatur talis conditio: si enim id formaliter non dicat lex, sane ita interpretanda e' moraliter, quia solum intelligit precipere pro eo tempore, et occasione, in qua potest, s. solum potest precipere pro eo tempore, in quo concurrunt et occurrunt: go et aliq predicte conditiones non sunt requisite ex natura rei ad obligandum, sed proveniunt a benignitate legislatoris, qui non vult obligare nisi dependenter a talib conditionib: ut cum non vult obligare nisi post tot dies elapsos a promulgatione legis, tunc ante eos dies lex non obligat actualiter, habet tamen vim ad obligandum post tales dies.

11. Prima difficultas e' circa legem permissivam, haec enim non videtur aliquid precipere, aut obligare ad aliquid, nam cum lex permissiva semper sit circa aliq malum morale, nec hoc constat bonum, aut non malum ratione permissionis, non potest precipere, id quod permittit, nec ad illud obligare, vg cum permittitur in aliqua Republ. ut olim in Hispania publice meretrices, haec lex nec prohibet, nec mandat, ut patet: go nec precipit, nec obligat talis lex. Resp dicendum e', q dum non e' malum morale, quod permittit, ut quando in aliq Regno per

publicas

publicam legem permittit negotiatio et commercium aliarum nationum exterarum, sunt enim permissivae tales legem, nec prohibet, nec mandat illud commercium, sed tantum permittit alijs nationibus, ut illud libere exerceant.

12 Ideo permissio, quatenus nec prohibet nec praecipit aliquem actum, non est proprie legem, sed potius causa legis, quo propter supra dixisse attendere intra istos puram permissionis non erit lex, sicut non est lex dictamen naturale asserens deambulare nec esse bonum nec malum sed potius est causa legis, ad nihil enim non obligat. Unde ut permissio ad legem reducatur, debet esse aliquid positivum mandatum, saltem prohiberi ne contra tales actiones homines puniant, ut contingit in lege permissiva alicuius peccati, etenim lex, quae permittit vos publicum meretricium, ut lex, non respicit meretrices; nec enim ipsa propterea potest excusare suum peccatum, illud quod in legem reducere, sed respicit Iudices prohibendo ne possint meretrices punire ob tale delictum, idem dicendum est, quod lex permittit aliquod commercium nationum exterarum, sed quidvis aliud dicere non malum, praecipiteret alijs, ne tale commercium impediant, an hoc non praecipiat, sed solum contineat in natura pure permissionis, non erit proprie, et rigorose lex, sed mera facultas exercendi tale commercium, in quo nulla invenitur obligatio. Constituit ergo legem permissivam, quatenus lex est, et praecipere aliquid, et ad aliquid obligare. Itaque haec duo praeterita non habeat, non est proprie legem, sed pura permissio, et causa legis.

13. Quoad differentiam de lege poenali, quae etiam videtur ad nihil obligare, nihilque praecipere, nam lex, quae pure poenalis est non prohibet hominibus eos actus, cui poenam imponit, sed solum assignat poenam eos actus ponentibus, deinde nec transgressores tenentur ad quaerendam talem poenam: quo non obligant per talem legem. Ideo, legem pure poenalem esse proprie legem, et ius Iudices, quatenus his praecipit, ut poenam infligant, sed etiam ius transgressorum, qui licet non teneantur ad infligendam sibi poenam, aut ad illam quaerendam; non enim lex id praecipit, obligantur tamen ad eam acceptandam, quando ipsis infligatur a Iudice. Itaque lex

pure

pure penalis, ut Lex, quae non respicit actum, cui poena imponit, sed ipsam poenam obligando Iudices, ut infligant, et transgressores, ut acceptent. Vocabitur vero talis gravior impositae eorum, qui non evitant actum, cui est assignata poena, etiam propter legem; secundo solum dicitur transgressor legis pure penalis

treus vel Iudex, qui poenam non infligit, vel Reus, qui inflictam non acceptat.

14. 3° differt de privilegio communi, quod est Lex, et ad nihil videtur obligare, potest enim privilegiatus facere, vel omittere id, ad quod habet privilegium. Ideo etiam privilegium non posse dici legem, nisi quatenus aliquid praecipit, et ad illud obligat; alioqui si praecise maneat in vi privilegii, non erit proprie Lex, sed potius exceptio a lege, pro quo advertendum est, duplex posse esse privilegii genus, alia enim sunt privilegia collata in bonum alicuius status, ut quibus clerici eximuntur a seculari Iudicio, et haec etiam obligant singulos personos privilegiatos quia clericus non potest renunciare suo privilegio, et se summittere Iudici seculari: unde illud non habet solam rationem privilegii, sed etiam oneris, quia clericus non solum non tenetur comparere coram Iudice laico, in quo solum est ratio privilegii, sed etiam tenetur comparere coram Ecclesiastico Iudice, in quo puncto obligat proprie, et ut sic, non est formaliter privilegium, sed Lex. Alia sunt privilegia, quae immediate respiciunt personas privilegiatas, et de his dicendum est, vel non esse proprie leges, vel solum tales esse ratione aliorum, quos obligant ne possint vexare illum, qui privilegio fruitur, eo quod non servet eam legem.

15. 4° differt de Lege taxante pretia rerum praescribendo formas pro actibus, et illis irritante, de dividente dominia, et revocante Legem antiquam: et de his omnibus similiter dicendum est debere ad aliquid obligare ut reducantur ad propriam rationem legum, etenim Lex, quae pretia rerum determinat, obligat ne pro minoris usque caris, aut carius vendatur. Et si non obliget absolute ad vendendum, tali pretio obligat tamen vel ut ex conditione, ut si vendi

debet

dibet frumentum, vendat tali pretio, et non alio, vel auctoritate eam legem ess. missiva, hinc obligabit Magistratus ne puniant eos casum venditores, aut emptores. Quoniam prescriptio ius pro aliquo facto obligat, ut si fiat talis factus, sit talis, subtali pena, unde peccant, qui aliter faciunt: Irritatio vero, ut notat Suarez dupliciter fieri potest, vel prohibendo omnes actus, vel illius prescribendo formas, sine quo invalidus sit, si hoc 2º modo fiat, iam reducitur ad id, quod diximus de taxatione pretii, aut prescriptione formae, in quibus ostendimus quo pacto reperiatur obligatio. Si autem 1º modo fiat, erit obligatio magis manifesta, nam sicut Lex precipit ne comedas, ita potest precipere hoc modo ne facias talis, vel tales factus.

16. Dices: aliquando irritatio non prohibet actum ipsum sed solum facit, ne sit validus, cassusque fiat, unde qui talem actum exercet non facit contra legem, sed illum sine fructu, et valore exerceat, sed tollere valorem alicuius actus, non est aliquid precipere, aut prohibere: quod est. Respondet Suarez: ea lege prohiberi actus, ut valiant, sed concedit, quia id nihil est aliud quam prohibere valorem, sed prohibere valorem non est prohibere aliquam actionem, quia valor non est aliqua actio: quod est. Melius iterum respondet idem Author prohiberi subditis, ne utantur eo re, tamquam valido, ut si irritat Matrimonium, subtali pena omnibus prohibet, ne ita contrahentes ac si effectus validi Matrimonii procedant. Deinde divisio bonorum, aut dominiorum traditio talis non provenit a vi legislativa, sed a potestate administrativa, et dominio alto in bona, et ideo a iurisdictione proveniunt leges, que ad donores et divisiones constant, sed autem etiam inducunt obligationem, qua imperant ceteris, ne turbent possessionem eorum, quibus res istae donatae sunt.

17. Denique revocatio legis dupliciter contingere potest, 1º: ita ut aliquid novum precipiat, vel prohibeat, quo quod antiqua Lex censeatur revocata, aut sub expressis verbis revocet, et hoc modo clare intelligit obligatio in subditis legibus. 2º revocatio nullis aliis

heat pret revocare legem antiquam, et ut sic potius ē ablatio legis quam lex; sicut destructio n'ē formalit species alicui productionis. Sed potius illi oppo. Disp.° 5. an lex humana obligare possit in conscia et sub peccō. Cap. 1. Ãn sit idem obligare in conscia, ac obligare sub peccō.

Disp.° 5.a

An lex humana obligare possit in conscia et sub peccō?

cap. 1.us

Ãn esse idem obligare in conscia, ac obligare sub peccō.

20. Dices: Si Legislator solum habeat pro motivo presumptionem ereptionis honesti vel precepti, Lex dicetur in presumptione fundari: ergo non e necesse, quod unice habeat pro motivo presumptionem. Resp. Neg. Licet posse Legislatorem habere pro motivo presumptionem simul cum alio fine, sed ita quod ex utroque resultet indivisibiliter unum motivum sufficiens, et in hoc casu posse dici Lex in illa presumptione fundari, quia illa deficiente corruet Lex, utpote dependens a tali presumptione. Secus vero ita ut quodlibet motivum seorsum sit sufficiens, et hinc in nullo fundatur absolute, sed alterum in defectum alterius, quia a nullo dependet, et absolute dependet. Fateor autem difficile esse intelligere, quando Lex fundetur in presumptione ex intentione ipsius Legislatoris, quando vero non, maxime cum Lex maneat adhuc honesta, absque veritate presumptionis, quod totum id dependet a voluntate Legislatoris, nihilominus id posse intelligi, scilicet quia ex intentione Legislator intendit in suis Legibus, ex circumstantiis arbitrio prudentis viri relinquendis. Dicendo quid requiratur ut Lex civilis possit obligare sub peccato mortali. Cap. sequens faciliora premitto.

Disputatio 7a.

Quid requirat ut Lex civilis possit obligare sub peccato mortali.

Cap. 1. Faciliora premitto.

N1. Supponit presens disputatio Legem civilem posse obligare sub peccato mortali, quod licet aliqui navarint, adhuc ex traditis revocari debet. Ita sentiunt colliter fere omnes Doctores. Citat etiam D. Thomas 2a 2e q. 104. articulo 6. ubi tamen plane nihil de re decidit, quod vero sequenti articulo 1. in corpore id aperte tradidit, et insinuat rationem, quare precepta Legis civilis obligent

6. obligent in consciã, quia scilicet Deus vult, ut obediat superioribus humanis, unde poest esse etiam gravis offa Dei, sit Legis non obediat, nec ad hoc requirit, quod ea inobedientia fiat ex contemptu sicut ut quis graviter peccet contra preceptum nale non est necesse, ut id faciat ex contemptu, sed sufficit, si advertens rem esse gravem, et graviter prohibitam, nihilominus illam amplectatur.

2. Hoc que supposito, imprimis inquiri poest, an lex civilis requirat gravem materiam ad obligandum sub peccato morli? et dicendum est, eam omnino requiri, quod supponit citer a Doctoribus, et [illegible] facile, quia lex nalis ad obligandum graviter requirit materiam gravem, non enim obligat, nisi leviter in materia levi, ut patet in [illegible] levi mendacio officioso etc.; ergo etiam a fortiori civilis lex requiret materiam gravem ad graviter obligandum. Patet conã, quia lex nalis ex suo modo precipiendi longe gravius precipit, quam lex civilis. Nam authoritas precipiendi maior est, et notior in natura ipsa, quam in iudice civili: ergo si in materia levi lex nalis tantum leviter obligat a fortiori lex civilis materiam gravem exiget ad graviter obligandum.

3. Colligitur a priori poest esse, quod [illegible] transferre suam iurisdictionem in Principem, non censet eam dedisse, ut hic possit in re minima et ex parvo momento obligare sub tanta culpa. Imo etiam si voluisset, eo modo conferre, non potuisset: sicut per votum non poest quis se graviter obligare si materia sit levis. Ita P. Salas dicta disp. 10 sect. 6 plurimos pro hac doctrina afferens, nec obest, quod non nulli in contrarium censeant eam gravitatem obligationis pendere ex volunte sola Legislatoris id confirmantes ex precepto Adamo imposito, cuius materia fuit levis, et tamen graviter obligavit. Respondendum est, nam do suppositum quia tunc data materia sufficienti, et gravi, possit Legislator imponere obligationem gravem; si tamen non inveniat sufficientem, [illegible], non poterit

tam

Moral.

tā grave onq sub Imponerē, nec ō franō ex precepto Adami alli-
fuad urget; nam maz, que desevidet levis; poē fieri gravis ob cir-
cunstās occurrentes, ut In militia, seplus, quæ videt levis ne-
gligas, valde gravis ē ob grave periculū Imminēre. Adqo, quod
Deq Parenti nrō precepit, Et dese videat maz levis, grave quoq
fuit ob Circunstās, quia id fecit, ut ostenderet se esse Dominum
Adami, et Ingratitudinē actiōrz pro tantis beneficijs.

4. Difficile autē ē cognōscere, que sit maz gravis, quæ
verō levis, nec pro hoc puncto assignari poē certa aliqē regula
p oī mat. Sed in qualibet In particulari debent considerari Circunstā
damna inde secuta, aut utilitā, quæ sperat, nam roē istorū
sæpe mutari solet maz de gravi in levē, et econtra. Percussio
enim vē, quæ uni homini robusto n nocet gravit, poterit tenellū
Infantē, aut virū valde Infirmū occidere. Ideo q hic sine
dubio erit gravissima, esto ibi levis esset. Similiter dicere de hoīe valde
dissoluto, et alioqui pessimi nomīs esse mendacē esset diffamatio le-
vis, at verō, si hoc diceret de hoīe sanctissimo, et ut tali ab omnibū
stimato, sine dubio gravis detractio foret, et sic de alijs materijs
discurri poē, unde colligit n posse dari regulā generalē ac certā.

5. 2ō quæri poē: unde dignoscat legem obli-
gare sub morli? et quidē difficultās solū ē, quando legislator non
se explicat asserendo se velle obligare sub morli, aut solū sub
veniali. Si enim expresse constat de eius Intentiōe, ac volūtate
nullū ē disputandi locuz, q duplex poē hic esse dubitatio. Lā
an q̄ legislator utit his, verbis, precipio, mando etc. et nihil
aliud addit, censeat gravit mandare, si maz alioqui gravis
sit? 2ā ē: an quando imponit poenā temporā gravē, velit
p hoc denotare se non obligare gravit In conscientia: sed legem

illā

illa, solius penale, an vero e contrario gravitas pene inferat etiam gravem obligationem?

6. Circa hanc dubitationem, aliqui Iudicant illa Verba non sufficere ad obligationem sub mortali in lege Civili, sufficere autem in lege Canonica, quoniam in iure Canonico declaratum videtur in Clementina exivi de verborum significationibus, et cap. exiit eodem titulo in 6°: at in lege Civili nulla est declaratio, quod verba illa sufficiant ad gravem obligationem: ergo. Alij vero docent in multis legibus sufficere illa Verba, nempe praecipere, et mandare, indifferens esse ad obligationem levem et gravem. 3° dicunt alij ea verba esse, et se habere ut abstrahentia ab hac, et illa modo, nec significare gravem, nec levem obligationem, sed ab utraque praescindere, in materia autem gravi, significare gravem, in levi levem que de se solum significat obligationem, quae dictat ratio materiae. Ita P. Salas disputatione 10. num. 49 plures pro se referens ita etiam Suarez cap. 26, ubi ait eam rugam debere esse generalem tam in civilibus, quam in Canonicis legibus, quia eadem est utrobique vis verbi, et capacitas materiae: ergo debet eodem modo utrobique significare.

7. In hac difficultate in primis certum Iudico praedicta Verba posse proprie, ac rigorose in illis, cum sola obligatione sub veniali, tam in materia gravi, quam in materia levi: quod fere omnes admittunt, et fusius ostendit P. Salas citatus, quia etiam in materia gravi potest legislator solum sub veniali obligare, ut infra dicamus: in quo casu illud esset verum, ac proprium praeceptum, sicut verum, et proprium est praeceptum non mentiendi, etiam si obliget dumtaxat sub peccato veniali: haec est propria, et rigorosa significatio illorum verborum, etiam sub quacumque materia non video quare potius accipienda sit de obligatione sub mortali quam sub veniali praesertim cum verba legis non sint in summo rigore explanda, sed potius quam mitius possint, dummodo vera et propria eorum significatio retineatur.

illud

illud eloquij: favores sunt ampliandi, odia restringenda.

8. Hinc deducit praeceptum in legibus civilibus ex sola verba etiam in materia gravi, et alioqui capaci obligationis sub mortali non intelligenda esse de obligatione sub mortali, nisi tanta esset materiae gravitas, ut inde obligationem legislatorem voluisse obligare, quantum potuit. Ita Medina, Castro, Navarrus, apud Salas citatum. Dixi, praeceptum in legibus civilibus, quia leges non ita directe respiciunt obligationem interiorem sub peccato, sicut leges canonicae, et ideo facilius praesumitur legislator non velle talem obligationem gravem inducere. Quod non ita facile praesumendum esset in legibus canonicis, quae sicut per se intendunt in conscientia obligare, ita praesumuntur velle maiorem obligationem quo magis serio in hoc puncto agunt. An autem absolute idem dicendum sit quoad sanctos de canonicis legibus, non omnino decido, certe Caietanus absolute docet eo verbo nec in canonicis sufficere ad obligationem gravem, quod satis probabile est.

9. Praeterea limitavi praeceptum ad casum, quo materia praecepta esset maximi momenti; quia tunc prudenter praesumit obligationem ex eo voluisse legislatorem obligare quantum potuit, nam alioqui non videretur sufficienter providisse rei tanti momenti; et in hoc puncto acquiescendum est P. Suarez.

10. Circa 2am difficultatem. Utrum quando in civili lege apponitur poena gravis temporalis, debeamus ex ea inferre legislatorem voluisse in conscientia obligare. Sed solum poenalem constituisse legem, dicendum est legem adiectionem poenae posse esse indicium voluntatis gravius obligantis etiam in conscientia. Ita P. Vasquez disp. 15 num. 22, ubi iudicat nec posse imponi iuste adeo graves poenas, nisi ob peccatum grave, in quo minus bene opinatus esse iudico, quia materia adeo gravis est, ut possit prohiberi sub peccato mortali, et sub poena temporali gravi, quare non poterit, dumtaxat sub hoc 2o onere

prohiberi.

prohiberi? Ergo dicis sit, quia Legislator eam penam imponit, quo indicat rem illam esse valde naxiam, et magni momenti: unde vult, quod ipsi poss adeo holes dettare, aut e contrario avertere: atqui ad hunc finem maxime utile e imponere eam gravem obligationem in conscientia: debet ergo presumi eam voluisse, nisi expressis verbis contrarium ostendat.

11. Unde advertendum e, non semper penam gravem impositam a Lege indicium esse obligationis gravis in conscientia, non enim namque Leges aliquas esse pure penales, circa materiam, quae directe respiciunt, ut Lex, quae prohibet efferri pecuniam e Regno sub pena amissionis eius summe si deprehendat, quae ex communi intelligentia existimatur pure penalis. Idautem potest colligi ex verbis, quibus Lex pronunciat, nam si dicat quicumque extraxerit pecuniam etc., eam amittet, non videtur precipere directe ne extrahat, sed ut solvat, si extraxerit ac proinde non inducet obligationem in conscientia. Aliter alia possunt occurrere circumstantia, quae deserviunt ad cuiuslibet Legis in particulari explicationem. Cap. 2um an possit Lex materiam gravem sub veniali precipere?

Cap. 2um.

An possit Lex materiam gravem sub veniali precipere?

12. Aliqui, nec ignobiles Doctores existimarunt non esse in potestate Legislatoris ad materiam gravem sub veniali obligare, sed si semel precipiant gravis aliquam materiam, statim resultare in subditis obligationem gravem, et sub mortali. Ita P. Vasquez disp. 158 n.° 32 P. Salmeron tomo 4. in Evangel. p. 3. tr. 12 Bartholomeus Medina, Aragon apud P. Salas sect. 7, quos etiam refert et sequitur P. Tannerus disp. 5. q. 6. dub. 5 Id probari potest 1°, quia ab imponente nullo modo sequitur Legem ipsam: quia non potest Legislator Legem ferre, et obligationem impedire. 2°

quia non potest e contrario rem levem graviter prohibere: ergo nec gravem leviter.
Videtur enim Thulu velle, ut transgressio de re magni momenti sit
levis culpa. 3° quia differentia mortalis a veniali oritur ex natura rei, et non
ex voluntate legislatoris: ergo quod transgressio legis sit mortalis, vel venialis
non potest pendere a voluntate legislatoris. 4°: quia votum, si sit de materia gravi
natura graviter obligat, nec pendet ab arbitrio voventis eius obligationem
temperare: ergo etc.

13 Ceterum non obstantibus his tenendum est contrariam, quam
docent Navarrus in Manuali cap. 23. n° 49, Castro, Ioannes Medina
Caietanus, et alii, quos refert, et sequitur P. Salas citatus, idemque deffendit
P. Suarez cap. 27, et P. Azorius disp. 17 sect. 5 subsect. 3. Et
huius ratio est, quia nulla est repugnantia in eo, quod materia pro-
hibita sit, et nulla detur obligatio circa illam: ergo nec in eo, quod materia gravis
sit, et tamen detur circa illam obligatio levis. Consequentia apparet ex a maiori;
quia quando nulla intercedit obligatio, nullum datur praeceptum; at vero, quando
datur obligatio levis, tunc ibi intervenit praeceptum circa materiam gravem. Minor autem
sola repugnantia in eo, quod sit praeceptum circa materiam gravem, et obligatio levis, sicut
et quod nulla sit obligatio stante praecepto. Probatur contra est, quia praeceptum ex
se non dicit obligationem determinate gravem, sed dicit esse obligationem: ergo dum datur aliqua
obligatio, potest consistere vera ratio praecepti, etiam circa materiam gravem; quare
enim potius materia debet dictare qualitatem obligationis, quam ipsa legislatoris in-
tentio. 2a ratio.

14. Quia solum potest dari gravis obligatio ad fugiendum
id, quod est graviter dissonum rationi, sed non est res graviter dissonum
rationi obiectum de se grave leviter prohibitum a Superiore: ergo potest dari
gravis obligatio ad fugiendum obiectum de se grave leviter prohibitum, etc.
enim aliud est prohibere rem gravem, et aliud est rem graviter prohibere.
Nam licet quandocumque res graviter prohibetur, debeat res esse gravis, quia

que

qui gravis n est, nec potest esse capax gravis prohibitionis, attamen potest optime res esse gravis, et adhuc non prohiberi graviter, nam sicut res etiam gravis indifferens est, ut prohibeatur, et non prohibeatur, ita est indifferens, ut graviter, vel leviter prohibeatur, sicut enim supra capacitatem subiecti ut dicam, prohibitionis omnino dependet a voluntate superioris, ita ab ipso debet dependere modus aut quantitas prohibitionis.

15. 3a ratio, quia materia de se levis, que tendit ad finem aliquem extra capacem prohibitionis gravis, potest graviter prohiberi propter tales fines graviter sentiens: ergo et materia de se gravis poterit habere aliquos fines extrinsecos leves propter quos leviter solum prohibeatur. probo consequentiam, quia sicut materia de se levis potest conducere ad finem gravem, ita materia de se gravis potest conducere ad finem levem, non enim datur maior oppositio in uno casu quam in altero, si ergo gravitas finis extrinseci valet quoad obligationem materia de se levis, ut nullus negavit, quare levitas finis extrinseci non poterit diminuere obligationem materiae de se gravis. Accedit non levis confirmatio desumpta ex praxi, nam in religione Patrum Carmelitarum discalceatorum datur regula prohibens esum carnium, quae sine dubio est materia gravis, et est capax peccati mortalis, et ab ecclesia in quadragesima, et aliis vigiliis prohibetur sub mortali, et tamen iuxta declarationem eorundem religiosorum ordinis non obligant nisi solum sub veniali ad eam abstinentiam, quod testatur P. Arriaga se intellexisse a superioribus illius ordinis. Immo et hanc explicationem esse a Pontifice confirmatam eam regulam. ergo etc.

16. Puncta vero 3ae opinionis facile dissolvuntur. Ad 1m dico, obligationem faciendi vim praecepti, non illam sequi ex se ipsa et qualitate materiae legis, quod etiam adversarii fateri debent, nam licet praeceptum non dicatur obligandi esse superioribus, id tamen

Intelligi

Intelligi debet de m[ateri]a, q[uo]d illi volunt obligare, alioquin cum ois regula ut relig[io]sa sit vera mandata superioris deberemus dicere ut rectores nostri tenerentur submortali regulas omnes servare, siquidem ant[e] materia esse capaces obligationis mortalis, quod plusquam erroneum iudicat Azzlaga, q[uo]d ex expressione summorum Pontificum constat eas regulas in multis rebus nec sub mortali, nec sub veniali obligare: nec potest indubium verti, q[uo]d materia supradictarum regularum, s[cilicet] plurium ex illis sit capax obligationis saltem sub peccato veniali; q[uo]d gravitas, aut levitas obligationis supponit aliquam materiae capacitatem tantum attendenda est ad voluntatem legislatoris.

17. Ad 2um argum[entum], facilius adhuc eret, q[uo]d asso ante, negando conseq[uentiam]: disparitas e[st], nam ad obligationem gravem duo requiruntur, nempe gravitas materiae, et intentio graviter obligandi ex parte legislatoris, unde quolibet ex his deficiente, deficit gravis obligatio; et propterea, licet superior intendat graviter obligare, si materia est parvi momenti non potest esse sufficiens illa intentio. Ad levem autem obligationem unum ex praedictis sufficit, nempe, s[cilicet] q[uo]d materia sit levis, vel si gravis sit, saltem legislatoris intentio sit leviter obligandi, nec potest esse stultum velle, q[uo]d transgressio de re magni momenti sit levis culpa, nam sicut non foret stultum velle, q[uo]d ea res quantumvis magni momenti maneat o[mn]io libera moraliter, et absque ullo prorsus obligatione, ita nec foret stultum velle, q[uo]d maneat cum obligatione solum levi. Etenim materia esse magni momenti nihil aliud e[st] quam, ut in isto puncto, q[uo]d materia esse de se capax obligationis gravis; stat autem optime, q[uo]d sit capax obligationis gravis, et tamen legislator nolit imponere istam obligationem cuius est capax ea materia, s[ed] aliam longe minorem, nempe venialem.

18. Ad 3um dicimus differentiam mortalis a veniali

Immo

Immutatio obiecti ex natura rei, mutatio vero posse provenire a voluntate Legislatoris,
quatenus hic potest tollere. Secundo ponere circumstantiam, ratione quarum fiat venialis
actio quae alioquin esset mortalis. Tertio ex dictis, Antilogia contra adversarios mani-
festa haec Instantia. Etenim minima differentia peccati ab opere indifferenti est
ex natura rei, et independet a voluntate solum, quam differentia venialis a mortali. Et
tamen in potestate Legislatoris est efficere, quod opus alioquin dictum indifferens, fiat
malum illud prohibendo, et e contrario, quod opus alioquin malum fiat bonum
auferendo prohibitionem, et illud mandando: ergo eodem modo exit in veniali
ac mortali, itaque ut dilucidiorem clarius explicatum supposita libertate, et prohibitione
gravi, quae solum procedunt ipsum peccatum, non est in potestate Legislatoris solum suo
voluntate extrahi quam materia prohibita non immutata efficere ne subditus mor-
taliter peccet. Unde immediate ipsius voluntas non efficiat, at remote immutando
materiam sine dubio est in eius potestate efficere, ut subditus peccet, aut non peccet
prohibendo, seu omnino permittendo legem materiam. Similiter efficere potest, ut peccet venialiter
aut mortaliter legem prohibendo leviter, aut graviter, ad eum quo ego efficere possum
ut alter non reddendo mihi decem aureos peccet, aut non peccet omnino: seu certe solum
venialiter, nam si omnes decem illi donem, iam illos retinendo nullo modo peccabit.
Si nihil donem, peccabit mortaliter, condonando vero totam summam praeter levem partem
ipsi condono, solum peccabit venialiter: ergo similiter poterit voluntas Legislatoris me-
diate circa peccatum alterius voluntatem regere, ut seu illud omnino tollat, seu diminu-
at, seu augeat, legem graviter, vel leviter prohibendo, aut omnino permittendo
legem materiam.

19. Ad 4um ex paritate voti, nam dum est assumptum: alioquin
enim eodem modo esset in potestate voventis, solum se obligare sub peccato veniali,
etiam si materia sit gravis: quod docet Rd. Salas sect. 7 cum aliis pluribus. An-

aut

aut in Iuramento promissorio possit esse obligatio levis, ac ex materia gravi, non est presentis Instituti decidere, nota enim est differentia Inter Iuramentum promissorium et votum, etiam Independenter ab hac difficultate, nam etiam quod materia levis est, debet qui Iurat, habere seriam animum adimplendi, quod promittit, alioqui peccabit mortaliter, quia ratione Dei, quem in testem adducit, non potest esse deceptio, etiam in materia levi: quod secus accidit In voto, nam sic est de materia levi, potest absque peccato mortali emitti sine animo illud adimplendi, quanta vero postea sit obligatio, non mutandi animum In Iuramento promissorio, non est huius loci. Disputatio 8ª an Lex Canonica possit precipere actus pure Internos? Cap. 54 quid in hoc puncto sentiat Communis sententia.

Disputatio 8ª.

An Lex Canonica Possit precipere actus pure internos? Cap. 54.

Quid in hoc Puncto sentiat Communis sententia?

1. Legem Canonicam posse se precipere actus mere Internos, Communis sententia negat cum D. Thoma hic q. 91 art. 4. et q. 100 art. 9. ubi Ceteri omnes Thomistæ. P. Suarez Cap. 12 nº 14, et P. Salas disputatio 9. sect. 1. apud quos plurimi refferuntur pro eadem sententia. Cuius fundamentum est, quia potestas humana non possit ferre leges de actibus, de quibus non potest Iudicare, aut, quos punire non valet, sed de pure Internis Iudicare non potest, ut patet per se, quia non potest habere cognitionem eius causæ: ergo. Sed de huius rationis soliditate merito dubitat Suarez, nam Ecclesia et Romana, heresis externa prodita prohibet per legem, et sub excomunicatione punit, etiam si proferatur nemine plane audiente. Ut si In medio aperto que campo, quis de morsse dicat, Christum non esse In Eucharistia alia que ratione credenda, de qua tali actione non potest Ecclesia cognitionem habere: ergo aliter

n

n' bene Inferri q. legem, et penã ipso facto incurrendã obligari, ergo nisi n' posse actus, qui n' poss.t venire sub Iudiciu Sumi.

2. Nec etiã pot esse q. acciens, q.d in eo casu venire n' possint sub Iudiciu Sumi, cu' alibi venire possint. 1.o q. In ordine a d. cognitione Sumi, tam nisi se habeat exterior locutio prolatio, quã si plane nulla esset, et tam Impediet eã venire sub Iudiciu Sumi, quã si prorsus dimitteret Intra mentem illius subditi. 2.o: quia obiectum exterior solum est q. se cognoscibilis ab hominibus intra sphaeram suarum specierum: unde homo cor. dubitatis existens nequit naliter percipere vocem hominis prolatam, nec illa vox q. se pot extendere suas species usque in seipsum locum Corduberisi: ergo nec q. se cognoscibilis est ab existentibus Corduba: ergo tam Incognoscibilis est q. se illa vox in deserto demisse prolata, quã purus actus Internus. 3.o demum aliquam esse illam differentiam q. se, et q. acciens, aetatem, quoad praesens dissolutionem existimo nullam esse, quia si haec actio hic, et nunc Iniudicabilis est naliter ab hominibus, quid, quaeso, refert id esse q. se, aut solum q. acciens?

3. 4.o: quia penae, quae Imponuntur a iure ipso facto Incurrendae, n' Indigent sñas Iudicis, ut plane Incurrantur: ergo quamvis a superiori n' possit ea actio Iudicari, poterit nihilominus prohiberi, et puniri. Probatur conã: quia tunc ideo requireret potestatem Iudicandi ad potestatem prohibendi, et puniendi, q. quia actus Iudicandi esset necessarius ad actus prohibendi et puniendi, s.t unus actus n' requirit ad alium, ut vidimus: ergo nec una potestas ad aliam. 5.o: quia vis coactiva n' requiritur naliter ad Iurisdictionem, et potestatem praecipiendi: ergo quamvis superior n' possit cogere ad actiones pure Internas, poterit nihilominus illas praecipere. 6.o demum eas duas potestates

Inseparabiles, adhuc dicendum e, posse Legislatorem Sumanum cogere ad actum Internum, nequidem per vim corporalem, aut penam corpori infligendam, sed per vim Spiritualem, et penam proprie alem, nempe Excommunicationem, et alias censuras. Sicut enim externe cogit homo per penam corporis, ita Interne per penam alia, quam potest infligere. Et non cognito in foro externo talis actio Similaris Sinimus ferat generaliter et quasi Indicate in quoscunque transgressores.

4\. Aliter probat idem sententiam P. Vasquez disp. 160 num. 8, quia, inquit, Lex est Imperium quoddam Inculcans observationem, conformare debet subditus Superiori: atqui hec conformatio In eo solum debet attendi, quod proprium hominis e, Id autem e exterior operatio secundum rationem spiritalis conformatio potius e Angelorum quam hominum: ergo lex Sumana postulat obedientiam In operibus Exterioribus, que propria Sola sunt, nec communia cum Angelis.

5\. Sed in hoc discursu non maiorem efficaciam invenio quam in precenti, nam ut subditus conformet cum Imperio Superioris, nihil aliud requiritur, quam, quod efficiat id, quod Superior precipit, sive illa actio per quam conformatur, simul sit factibilis ab aliis, sive non. Id enim procul dubio e per accidens ad rationem legis: ergo quamvis spiritalis operatio sit etiam communis cum Angelis, potest homo per illam conformari cum Imperio Superioris Sumani. Certe nisi hec ratio supponat id, de quo dubitamus, nempe Superiorem Sumanum non posse petere eam conformitatem mere spiritalem, nihil omnino probat. Si autem hoc supponat, quis dubitet peti manifeste principium. Aliunde id falso supponi. Probatur: quia Deus non solum potest Angelis precipere eas actiones, que illorum propria sunt, sed etiam alias communes cum hominibus, scilicet motum localem, locutionem externam cum aliis In assumpto corpore: ergo homo non solum potest

precipere

precipere alijs hominibus actiones illorum proprias, sicut etiam aliarum rerum ab Angelis.

6. Ex dictis constat, quam vera sit opinio haec nostra, tam diffusam rationem pro ea confirmanda, quae autem res verosimilior est, quam nobis videatur, infra dicemus. Interim proponam difficile argumentum contra opinionem nostram, quae male vexavit nostros Authores, pro cuius solutione etiam deservient nostra, quae infra dabimus in favorem opinionis nostrae.

Cap. 2.°

Difficile argumentum contra nostram opinionem, et solutio Patris Suarez

7. Non defuere aliqui Doctores iudicantes Ecclesiam de facto habere iurisdictionem in actus pure internos, qui referunt ad Vasquez, Suarez, et Salas nuper citatos, horum praecipuum fundamentum est, nam Ecclesia praecipit attentionem in recitatione horarum canonicarum: ergo praecipit actum pure internum. Probatur consequentia, quia actus ipse attentionis nullatenus manifestatur per actionem externam, cum tota recitatio, et exterior corporis compositio possit fieri, etiam si nulla intercedat interior attentio: ergo attentio quae praecipitur, est actus pure internus.

8. Huic argumento respondet Suarez cap. 15 distinguens duplicem modum, quo actus interni possunt se habere ad actionem externam, 1.° si sint ad illam naturaliter, secundum est moraliter secundum quod talis actio praecipitur ab Ecclesia, v.g. Ecclesia praecipit orationem, oratio naturaliter dicit attentionem, tamquam formam, est enim quoddam totum constans ex forma invisibili, et materia visibili. Quando ergo actus interni taliter se habent ad actionem externam, possunt sub praecepto cadere cum tali actione. Eodem modo loquitur de sacramento, quod constat ex vera voluntate conficiendi, et verbis exterioribus.

adquem potest obligare etiam civilis: ac secularis potestas, quia potest obligare ad vendendum frumentum, merces alias etc. 7º. Intentio baptizandi, quia est necessaria ad esse morale baptismi, et dolor internus de peccatis, quia necessarius est ad esse morale confessionis sacramentalis possunt ab ecclesia praecipi, quando praecipit baptismum et confessio. 2º. Si actus interni ita se habeant ad actionem exteriorem, ut non sint necessarii ad illum effectum moralem, aut artificialem illius, et tunc censet non posse praecipi hos actus internos ab ecclesia: quam solutionem etiam utuntur communiter alii doctores.

9. Haec tamen solutio multis difficultatibus obnoxia videtur: 1º. impugnatur, quia supponit id, quod probandum erat, nempe ab ecclesia posse praecipi illud esse morale, quod resultat ex actu interno, et actione exteriori, nam si ecclesia non habet iurisdictionem in actus internos, nec poterit praecipere illud esse morale, quod essentialiter includit actus internos, ad hoc enim necessarium est, quod ipsum actum internum praecipere possit, quod communiter negatur. Si autem solum habeat iurisdictionem in actionem externam, et ad hanc non requiritur ille actus internus, quia potest absque illo eodem modo fieri ista actio, unde oportet differentiam, quod sub cum illa possit praecipi actus interior etc. 2º. quia non ostendit rationem disparitatis, quare scilicet ecclesia possit praecipere actus internos sub actione externa, et non possit illos divisive praecipere. Immo utrobique militare videtur aequalis ratio, nam sive ecclesia tales actus divisive, sive sub actu externo praecipiat, aequaliter occulti, et aequaliter incognoscibiles ab iudice humano remanent illi actus interiores: ergo nulla est disparitas.

10. Ex ut optime notat Arriaga non bene

fit

sit ca dist.ho a. D. Suarez Inter actus Internus qui est nalis ad aliqd totum morale, seu artificiale, et eo, quin est nalis ig. tx vera omnes oio fiunt totum aliquod, adq. sint nalis, nempe illud q. resultat ex actione illa externa, et denoatur ab ex teriori actu conveniente. Et forte Capiti aut Scholastici n' destinave runt adhuc aliquam voces spectant ad illud totum signandum. Id quod e omnino per accidens ad rem presentem, aliunde actus In utroq casu actus exterior e oio Independens ab Interiori, a quo accipit denoationem, ut concedit Ipse Suarez. Preter In utroq casu dicere possumus ee unum q. compositum ex grat. Invisibili, et mat. Vissibili, ut locuntur ad verum: go etiam poes dici quid ee sufficiens, ut ab eccla possit precipi, quia ab illud totum e vissibile roe mat. go hac roe quilibet actus Internus posset precipi absq nulla prorsus distinctione.

Quod similiter probat Arriaga In illis exemplis, In quibus Id negant Authores oppi. Iº dicunt n posse ab eccla precipi, ne fiat elemosyna ob vanam gloriam, quia, inquiunt, talis prohibitio esset pure actus Interni. Et aus Id ab eccla posse prohiberi; q. ea elemosyna ut sic data ex ea Intentione efficit unum totum, quod vocat vana donatio pecunie, e contrario si actus virtutis elemosyne, quae talis petit, ut fiat propter honestum, que reperit In levanda miseria pauperis; sane donatio illa ob vanam gloriam, tamen revera non e actus elemosyne; sicut auditio exterior sacri, aut recitatio Breviarij sine attentione non e oratio; In quo puncto, ablatis vocibus n potest ulla disparitas de re assignari. go si eccla, quia precipit orationem, precipit attentionem Internam, sine qua n poes salvari oratio, Ita, quia precipit elemosynam.

Ipsum praecipiet actum sublevandi miseriam, ut asserunt ibi, sine quo nequit

subsistere elemosyna, cumque P. In sac. P. Suarez, n. posita actus

ex obliquos fines, excludit a voce elemosinae la vana gloria, respondemus

ulterius, quod ea vox elemosina non solum significet actum sustentationis

in honestate sublevandi miseriam proximi, sed etiam carentiam vanae gloriae, ut

voluit signare, et quasi accidens, quod id actu non significet: ergo

eroganda elemosyna tenetur praecipiet la carentiam vanae gloriae. Si ergo id

vox elemosina id significaret, posset ecclesia praecipere totum illud significatum

a tali voce, quare modo potest idem, ipsius doctoris praecipere, quamvis illud

non significet ab unica illa voce, sed a pluribus, nempe a vocibus elemosyna

data ex actu honesto sublevandi pauperem, pendebit ne ipsi teneri lex

ecclesiastica ab impositore harum vocum illarum.

Secundo dicunt, non posse ab ecclesia praecipi, quod ieiunium

aut exterior oratio fiat pro hac, vel illa intentione, neque eo ipso quod

talis actus honeste alioquin fiant, nequit ecclesia eius finem imponere, quod

est pure internum, probo autem id esse falsum, et hic etiam militare rationem P.

Suarez, ut possit ab ecclesia praecipi illa intentio in ieiunio, illud ut factum

sub hac intentione vel oblatum in satisfactionem pro animabus purgatorii constituit

honestatem moralem, nempe succurrere indigentibus. Atque requirit interiorem

applicationem, sicut ad orationem requiritur interior attentio: ergo sicut ecclesia

potest praecipere attentionem internam, quia haec requiritur ad orationem, ita

potest praecipere illam internam applicationem, quia haec non minus requiritur ad

[illegible] morale, quod est succurrere per ieiunium ad indigentes. Certe si res

bene perpendatur, nulla reperitur disparitas, nisi quod illud totum resultans

ex recitatione vocali psalmorum, et attentione interna, significat

sub unica voce oratio, aliud vero resultans ex ieiunio, et

applicatione

9. ap̄ rōne Interiori, n̄ hic unica voce spalsi qua sponet, que disparitas, quis n̄ videat qua ridiculus sit quod p̄sens Intenty eodem mō potest discurri in alijs exēlis.

13 4° Impugnatur Ejus solutio ex ipsis rōnibus quibus utit Suarez ad p̄bandū actus, qui non videntur Interne totus morale n̄ posse p̄cipi ab Ecclā, ait enim: ille actus externus ē bonus secundū omnes circunstas exteriores, n̄ poēst Judicari malus nisi temerè p̄sumendo malam Intentionem, unde ulterius Infert, n̄ posse de illis actib. Imponi censuras. Ego probo autem eadem rōe n̄ posse Imperari attentionem In recitando officiu, quia si quis servet pronuntiatur et alijs circunstis omnia requisitas, procul dubio ille actus externus erit bonus, et n̄ poterit Judicari malus, nisi p̄ Judiciu temerariu, et p̄sumendo carentia Intentionis, quae p̄ssumptio In foro exterior no erit mala, quia n̄ debet de illo p̄ssumi malitia: ergo Ecclā n̄ poē hīc lex, sine eius malitia, quia deest, nec poterit excomunicare, aut aliā censuram ferre de illo.

14. Deinde ait pro publica Eccle administrae et gubernae sufficere, ut actio exterior, ut talis sit bona, licet ... maneat cora Deo mala ab Interiori. Ego probo autem hanc rōem eodem modo urgere pro orōe, nam sufficit pro gubernae Eccle, quod ista recitatio sit externa undequaque honesta, quamvis cora Deo n̄ sit oratio: ergo illud argum quale p̄bat de oratione, ac de alijs actibus, ē omnino falsu. cap. 3 Patris Vasquez, et aliorum solutio.

Cap. 3um.

Patris Vasquez, et aliorum solutio.

15. Alii videtur ad propositum arguit ex Vasquez
ex doctis Paludani, Durandi, Gabrielis et aliorum. Dico ergo
In casu orationis, attentionem non esse obligatoriam ex precepto
ecclesiastico, sed ex precepto Dei aut naturali. Pro quo explando
Imprimis notat circa attentionem in recitandis horis esse duo pre-
cepta Dei. alterum negativum non sine attentione recitandi propter reverentiam Deo
debitam, et contra hoc solum peccari peccato omissionis, quod nunquam
est, nisi veniale, etiam si oratio sit ex precepto, alterum affirmativum nempe
recitandi cum attentione, et hoc posse esse mortale, quando omittitur
aliqua notabilissimas orationis, que erat in precepto. Utrumque autem hec duo
precepta probat 1o de negativo. 1o quia aliqua est irreverentia proferre
verba, quibus cum Deo loquitur sine attentione. 2o de pre-
cepto affirmativo. quia nisi esset tale preceptum non deberet repetere officium,
qui semel distractus recitavit: at qui sic debet repetere: ergo datur
preceptum affirmativum recitandi cum attentione. Porro autem peccatum omissionis
contra preceptum negativum esse semper veniale, etiam si oratio sit in precepto
probat, quia si, qui recitaret, ut impleret preceptum distractus volens,
si postea repeteret officium cum attentione, nullo modo peccasset nisi eo
animo sic recitaret, ut decerneret non repetere, tunc autem peccatum mortale
non esset omissionis, sed omissionis quia scilicet decrevisset
non recitare cum attentione contra preceptum affirmativum.

16. Deinde infert beneficiarium, qui non recitat
cum attentione non facere fructus suos, non quidem iure ecclesiastico Con-
cilii Lateranensis, et Bulle Pii V, quatenus pure ecclesiasticum est,
sed iure Dei. ac proinde penam hanc non esse pure ecclesiasticam, quia
hoc ipso, quod alicui datur beneficium, iure naturali Dei incumbit ei onus
orandi pro populo, qui enim de altari vivit et mittit temporalia

tribuere

tribuere debet spiritualia, et altari servire: unde nisi hoc ex-
pleat officium; carebit fructibus: cumque ecclesia hanc obligationem
detraverit ad horas canonicas, efficit, ut qui eas recitat sine atten-
tione non expleat officium debitum, ac proinde nec fructibus frui debeat.

17. Critus addit beneficiarium, qui recitavit si-
ne attentione, si non habeat aliud officium annexum beneficio praeter horarum
recitationem, debere restituere omnes fructus, quia non est officium propter quod
partem illorum jure naturali retinere possit, secus vero si habeat aliud officium
aut onus, ut administrationem sacramentorum etc., tunc enim non debebit
restituere omnes fructus, sed partem aliquam correspondentem recitationi, re-
tenta alia parte, quae respondet aliis ministeriis. Nec refert quod
ecclesia decreverit restitui omnes fructus, etiamsi debeantur ob alia mi-
nisteria, quam propter missas et horarum recitationem, quia, inquit, haec
poenalis sit, sumenda solum pro defectu in recitatione, et omissione
exteriori, quae subditur ecclesiae judicio, et legi, non autem inattentione
quae solo jure naturali praecipitur, aut indistractione, quae eodem
jure prohibetur. Unde tunc solum tenebitur beneficiarius res-
tituere omnes fructus, quando vere omisit officium recitandi, nam
talis omissio subditur judicio, et legi ecclesiasticae, quando vero
solum non habuit attentionem, solum debet restituere partem, quae officio
recitandi correspondet, quia solo jure naturali tunc restituere debet; hoc
autem jure solum obligatur ad restituendam illam partem, quae recitationi respondet.

18. Haec fuse P. Vasquez; intelligendo autem bre-
viter totam eius doctrinam, duo in illa praecipue docet: primum praeceptum
ecclesiasticum, ut pure ecclesiasticum est, solum comprehendere vocalem
recitationem, et ad summum prohibere externas distractiones,

et

et occupos in recitandis horis. Dy, dari preceptum D. naturae non recitandi sine attentione obligans solum ad culpam venialem, quod non solum comprehendit beneficiarios, sed etiam reliquos sacerdotes ac religiosos choro deputatos, immo, et quoscunque recitantes etiam ex devotione, quia in omnibus fere aequalis est irreverentia loquendi cum Deo absque debita attentione. Dy, dari aliud preceptum D. activum recitandi cum attentione, obligans etiam ad mortale, quod solum comprehendit beneficiarios ratione fructuum, quos percipiunt a fidelibus, et hoc preceptum licet de se non postulet recitari horas canonicas, quia aliae orationes congruentes pro populo, determinatur tamen precepto ecclesiastico ad horas canonicas. Unde beneficiarius, qui eas non recitat, non adimplet alterum preceptum D. recitandi cum attentione, aut orandi pro populo, quia ab ecclesia determinatum etiam illud preceptum D. ad talem determinatam orationem officij divini. Ex qua doctrina meo iudicio, manifeste infertur simplicem sacerdotem non tenere repetere horas canonicas, licet absque ullo attentione eas recitet, immo nec peccare mortaliter, ita recitando, etiam cum animo non repetendi, quia tunc solum solum dari preceptum pure ecclesiasticum, hora autem solum extendit ad vocalem, et externam recitationem psalmorum, aut officij, nisi forte P. Vasquez excogitet aliud preceptum D. obligans etiam sacerdotes simplices, et non beneficiarios.

29. Hanc doctrinam multis impugnant Sallas, et Arriaga, sed omissis Sario non nullis impugnationibus quae hortem fingere videntur, impugnat 1°: quia non bene appellat naturae illud preceptum non recitandi sine attentione, posset enim esse activum, nam idem est precipere, quod non recites sine attentione, ac precipere attentionem pro eo quod recites: quae attentio non distat in ratione attentionis ad alia oratione

divisa

diversas, sed ferè semper ea requirat, scilicet in propria attentionem ad Deum cum quo loquimur: Unde si quis attenderet perfecte ad Deum in sua recitatione, recte adimpleret obligationem illius precepti, quamvis simul ad plura alia objecta attenderet, quidquid sit an hoc sit possibile, vel non. Vatet ergo illud suum preceptum esse distinctum ab alio 2o, quod vocat affirmativum recitandi cum attentione, scilicet distinctas non esse, sit in eo quod alterum sit nativum et alterum affirmativum, ambo enim sunt affirmativa; distinguuntur vero in eo quod suum solum precipiat attentionem qualitatem, scilicet cassu quo fiat precatio ad Deum. Aliud autem precipit absolute tam attentionem, quam ipsam recitationem. Unde, qui ex devotione solum recitat, si id faciat sine attentione, nihil committit contra 2um preceptum, quia non erat obligatus absolute exercitio illo, nec ad attentionem internam, nec ad externam recitationem, sed solum qualitate ex vi sui precepti obligatus erat ad attentionem, cassu quo vellet orare.

20. Sed impugnatur, quia falso docet dari illud 2um preceptum divinum affirmativum orandi cum attentione, ex eo, quod qui de altari vivit altari servire debeat, nam si tale preceptum esset divinum, non posset ecclesia in eo dispensare, sed quia si quis attente oret totum suum officium, prout est, nil vero pro illis, a quibus accipit fructus, satisfacit precepto, et tamen non satisfaceret obligationi naturali, quam ponit Valquez: ergo, preterea: quia ex eo daretur tale preceptum non ostendit quare possit ecclesia illud elevare ad horas canonicas imperando attentionem in illis, si enim potestatem non habet ecclesia in actus internos, sicut non potest illos precipere, ita nec poterit preceptum generale divinum elevare ad aliquem specialem actum pure internum, ergo non minus requirit ad hoc potestatem in actus internos, quam ad illud. Denique si tea obligatio esset ex iure divino naturali, non deberet obligare beneficiarios ex quolibet, aut alia gravi occupatione, scilicet tenentur officium divinum, vel alii rectores, vel alia opera facere, quae fidelibus fructus

offerentibus

officiis satisfacere, sicut tenet sacrificio obligatorio p. aliis cele-
brare, q.d. ipsemet p. q. nullus dixit: ergo ea obligatio abste recitandi cum
attentione non convenit ex lure D. sed tantum ex precepto iure Eccle-
siastico.

21. Impugnatur 3.º quoad eg. dictionem, qua facit
de eo, qui recitat absque attentione, et eo qui omnino omittit recitationem
quoad obligationem restituendi fructus; quia illa pena imposita est,
qualiter ... non adimplenti preceptum recitandi; sed suppono, quod ecclesia
precipiat attentionem in recitatione horarum, sive id fiat per absurdum
preceptum ecclesiasticum, sive per determinationem precepti D. ut vult Vas-
quez, ita non implet illud preceptum qui recitat sine attentione, quam
qui omnino recitationem omittit: ergo qualiter uterque tenetur ad restitutionem omnium
fructuum, vel nullus. Respondit ipse Vasquez de Beneficiis cap. 4. §.
1. art. 1. dub. 4 docet Beneficiarium nullam obligationem habere re-
stituendi ob omissam recitationem in 1.º semestri, post obtentum Beneficium,
eo quod excusaret a tali obligatione per Bullam Pii V: ergo tota obligatio
restituendi convenit ex pena posita in ipsa dicta Bulla: ergo si
hec non extendit ad defectum attentionis interioris, ut ipse fatetur,
qui solum defecerit in hac attentione ad nullam restitutionem tenebitur, et
poterit sibi retinere omnes fructus, sicut qui non recitando in illo 1.º
semestri, quia non ibi comprehendit pena a Pio V imposita. Cap.
47. verum quare Ecclesia non possit precipere actus pure internos, et
solutio propositi argumenti.

Cap. 47.

Vera ratio, quare Ecclesia non possit precipere actus pure internos, et solutio propositi argumenti.

22. Ut legitime difficultati occurratur de iurisdictione exhibendo oportet praemittere quaenam sit vera ratio concedentis et denegantis ecclesiae iurisdictionem in actus pure internos. In quo puncto placet doctissimus P. Suarez cap. 12 num. 7 asserentis totam eius rationem desumendam ex exigentia naturae eius iurisdictionis in actus pure internos, quia nullo modo ea videtur regnare. Et 1°: quia Christus Dominus qui sine dubio eam iurisdictionem habuit, potuit etiam eam conferre ecclesiae, quod ita declarat auctor, etenim Christus Dominus immediate se potuit praecipere actus pure internos, et de facto praecipit actus fidei, spei etc. Item de peccatis pure internis posuit praeceptum confessionis, ergo potuit eam potestatem concedere ecclesiae. Et 2°: quia qui potest dicere ego mando tibi, Petre, hunc actum: potest dicere Ioanni: do tibi potestatem, ut eundem actum, si velis, Petro mandes, nam hoc mediatum imperium non reddit actum difficiliorem, nec mandatum gravius, ergo etc.: vel assignetur ratio, quare hoc impedisset, quae certe nulla erit, ut vidimus in cap. 1.

23. 2° id potest alia via probari, scilicet attendendo ad iurisdictionem, quae ex natura rei, et independenter ab eo quod Christus Dominus quidquam statuisset, habet communitas humana, nam ex natura rei homines convenientes in unam communitatem possunt eligendo unum caput ei concedere authoritatem in actiones externas ad bonum reipublicae politicae, quae est potestas civilis, similiter possunt in idem caput, vel aliud divisim transferre iurisdictionem in ordine ad cultum Dei, sacrificia etc., quae dicitur potestas ecclesiastica: ergo eodem modo possunt illi concedere iurisdictionem in actus pure internos. Probo consequentiam: nam ideo possunt concedere iurisdictionem

ir-

in externos actiones, quia quilibet potest cedere iuri suo in eas actiones, et obligare se ad alterius obediendum in illis, sed homo tam est dominus suarum actionum internarum, quam externarum: ergo ex natura rei non minus potest in alium transferre iurisdictionem in pure internas, quam in externas, quod enim vim coactivam transferre non possit, ex eo quod coactionis potest esse ad eum occultam, parum obest, tum quia supra diximus eas iurisdictiones posse separari, tum etiam quia hec vis coactiva potest aliquomodo transferri, ita ut superior generaliter posset assignare penam ipso facto incurrendam in quoscumque transgressores sue legis, ad quod non est necessarium, quod in particulari cognoscat, quisnam legem transgressus fuerit. Immo etiam possit tradi iurisdictio in actus pure internos ea potestate, ut si superiori constaret aliquando, v.g. ex confessione rei, vel ex revelatione de ea transgressione interna haberet ius eam puniendi.

24. Superest dicendum ecclesiam non habere de facto eam iurisdictionem generaliter in actus pure internos, quia Christus Dominus eam non concessit, alioquin haberetur si concessisset, ut potuit. Et quia non potest assignari alia ratio conveniens, quod autem non concesserit, probari potest consequenter negative, quia de tali concessione nullum extat vestigium in Scriptura, cui accedit, quod ipsi Pontifices, qui non solent suam iurisdictionem denegare aut restringere, expresse fatentur se non habere eam iurisdictionem in actus pure internos, nec de iis latam legem vidimus. Deinde nec possumus dicere talem iurisdictionem concessam esse a communitate eo modo quo diximus ex natura rei posse fieri, quia de facto in ecclesia eo quod Christus Dominus concesserit Pontificibus iurisdictionem, non agnoscimus ullam aliam concessam a communitate universali totius ecclesie. Et quidem conveniens fuit;

Ut

ut illi casuus dicti esset inordine adactus, quibus sese habent ad hoies; ut consentientes vna cum illis, qui non consentiunt in actus pure internos, quia hi non sunt visibiles.

Dices ex utroq. l. cas. teneor ixiieg obligor; s. d.
Q. a. e. quia Id Sine fuit dicit, ng. precepti Ieiunij ex intentione
ecclesiae sol. e. ad Ieiunandum absq. l. gravi detrimento, unde posito gravi
detrimento, perinde se het, ac si non esset tale preceptum: go. posito
detrimento non poes quis peccare c. illud preceptum, sed contra legem
alterius legis precept. Imedendo. Urget et facit, ng. rogo unde
colligis preceptum ecclesiasticum se extendere ad istum casum. Dices; q.
etiã in isto casu tenet homo Xpianus Ieiunare. S. contra,
nã etiã si expressissima Intentione nollet eccla suum preceptum ad
istum casum extendere ut poes nolle, sibi enim ipse preceptum suum li
mitare, sicut, et Instituit au. fisere adhuc homo Xpianus In eo ca
se teneret Ieiunare: go. ex eo q. In eo casu teneret Ieiunare,
n infert, q. preceptum ecclesiasticum ad istum casum se extendat, hec coi
mihi e videntur, s. hanc doctrinã, quia forte videbitur alicui no
va coi se, doctorum Iudicio examinandã relinquo.
Circa 2 casum, aut Regulam generalem, fere eodem
modo discurrendum putarem. Quia l. t. casu, quo aliqua actio pre
cepta, sit ordinata ad conservationem Reipub. et boni com., verum
sit, q. homo teneat ad talem actionem, etiã cum periculo vitae; tu
n semper obligatio nascit ex precepto particulari precipiente directe, et
specialiter talem actionem, s. ex lege nali, quae dictat bonum privatum
spernendum esse, q. do nati e. ad bonum coe. Ut si q. ex auditione
sacri cum periculo vitae penderet bonum Reipub. salus; hunc enim
teneret civis missam audire cum copericulo n. quidem vi precepti
ecclesiastici, s. vi dicti legis nalis. Unde n. e. absurde dicendum q. d.
Lex

Lex semper obligat, quod urget bonum com., nam aliud est unumquemque
obligari ad actum praeceptum per legem in eo casu, aliud vero ipsam
legem in eo casu ad talem actum obligare. Lex semper est vim urgere
bonum com. quamvis aliquando est falsum.

Quoad casum 2. regula generalis, adhuc minus placet
quia praecentes, quia ut sonat, absolute falsa est. Probo: nam si
legislator praecipiat aliquid praeviso periculo mortis, adhuc non obligabit,
quia forte eius potestas non se extendit ad talem casum, quod tunc re-
fert, quod illud periculum praeviderit, aut non praeviderit? Certe si non
potest obligare ad aliquem actum cum periculo vitae, eo longius erit ab obli-
gando, quo certius praeviderit tale periculum, quia tunc magis inique
et imprudenter illum praecipiet. Itaque ista regula solum habet
unam veritatem in legislatore Deo, qui est Dominus absolutus nostrae vitae et pro
libito suo nos obligare ad subeundam mortem, unde quod supposito peri-
culo, adhuc praecipit aliquam actionem, quaecumque illa sit, tenebimur
obedire, non vero in legislatore creato, cuius potestas limitata est.

Quare ut regulam certam, et infallibilem tradam, sup-
pono legem obligare cum periculo vitae pendere naturaliter ex duplici capite
simul concurrente, nempe ex potestate legislatoris ad obligandum sub tali
periculo, et ex ipsius intentione obligandi etiam sub illo; nam si habeat
intentionem obligandi, et non possit, aut e contra, si possit, et non habeat
intentionem, nulla proinde erit obligatio. Unde aliquis unica solum
est regula generalis, et infallibilis in hoc modo, qua concurrente dabitur
obligatio, et qua cessante cessabit: nempe si legem actu obligare
sub certo periculo, quod praeceptum legislatoris est in potestate, et intentione
obligandi etiam sub tali periculo, tunc vero non obligare, quod [illegible] potestas

s. Intentio deficit, et ita si potestas, et intentio certa sint, certa etiam erit obligatio; si vero dubia sit, aut probabilis intentio, s. potestas, dubia etiam, s. probabilis erit obligatio.

S. rogabis, ex qua rupta obligatione et potestas, et intentionem occurrere in legislatore? Dico hanc difficultatem esse communem aliis praeceptis etiam extra hunc casum, quia quodlibet praeceptum, ut obliget, requirit etiam potestatem obligandi, et intentionem sufficientem. Circa quos plurimae difficultates offeruntur. Nihilominus dico 1º, In eo semper dari potestatem ~~[illegible]~~ obtinendi ex observatione [illegible] nisi actus sit intrinsece malus: In legislatore summo, tunc solum dari potestatem, quando bonum commune, quod obtinetur ex observatione legis, est longe majus bonum, quam conservatio propriae vitae: quam rupta universaliter tradunt P. Vasquez 1.2. disp. 161 cap. 1. P. Suarez cap. 30. n. 7. et [illegible] disp. 2. de pecc. q. 8. punct. 2. num. 6. ad cognoscendam absolutam obligationem legis cum periculo vitae. Sed existimo, quoad hoc deceptos esse hos authores, quia illa rupta solum inservit potestati in legislatore ad obligandum, quia quis potest per se libito inhibere etiam dato eo casu majoris boni communis, et nihil tunc praecipere pro tali casu, tunc autem non dabit obligatio faciendi opus praeceptum s. si forte dabit, ea proveniet non ex praecepto positivo, s. ex lege naturali praecipiente, illud majus bonum commune praeponendum esse, conservationi propriae vitae.

Dico 2º, Intentionem obligandi hanc obligationem, quando opus, quod praecipitur habet annexum periculum vitae, s. quando praeviso periculo mortis, adhuc legislator persistit in praecipiendo tali opere. Dicet: hanc ruptam non posse deservire pro legibus naturalibus, quarum

aliqua

aliqua obligant cum periculo vitæ, aliqua vero non obligant. Ideo [illegible] his, hinc aliqua legem naturalem particulares obligant cum periculo vitæ, quando illa quod præcipit habet annexum tale periculum, ut quod ille se emaiss[illegible] momenti pro quo conservo proprie vitæ. Quando vero actiones agit, et omnino ab extrinseco ut ex præcepto aliqua legem particularis, sit omnino naturalis ad bonum commune, hinc licet homo teneat ad talis vero faciendum, etiam cum periculo vitæ, existimo esse obligationem non oriri a tali lege, sed ab alia lege naturali, quæ in tali casu [illegible], vel præceptum naturale misericordiæ debet non obligat ad subveniendum extreme indigenti cum æquali periculo propriæ vitæ, nihilominus dato casu, quod in odium fidei prohiberet a tyranno, talis actus misericordiæ quam Stephanus qui [illegible] esset, etiam sub æquali periculo, hinc deberet obligatio exercendi talem actum, si ex ipsa cessatio illius cederet in contemptum fidei, non tamen ea obligatio proveniret ex præcepto misericordiæ, sed ex alia lege naturali, quæ [illegible] fidem concernere autem, non ob servo legis sit quod se, sed quod accidens materiæ momenti, quo conservo vitæ, dependet ex fine intento legis, ac tandem [illegible] de dicto relinquendo. Cap. 47 Casus particularis ex doctrina tradita decidit.

Cap. 47.

Cassus Particularis, ex doctrina tradita deciditur.

Ex dictis colliges 1° quid dicendum sit ad casum propositum in cap. 1. huius disputationis [illegible] dictano, dicis, qui metu mortis cogit ad [illegible] huius matrimonii cum consanguinea in gradu prohibito [illegible] quod haec mulier sufferret se expedire posse a tali periculo simulando exterius se [illegible] hoc matrimonium et postea postquam [illegible] liberatus potuit reclamare alleg[illegible] metum gravem [illegible] [illegible], ergo non erat valida matrimonii

ad

ad vitand periculum vitae, casus videtur impossibilis, quod immineat periculum, si non contrahat valide. Sed quia metu mortis potest cogi non solum ad contrahendum, sed etiam ad consumandum, videtur vitari sufficienter periculum vitae per simulationem externam matrimonii, sed per verum, et validum matrimonium, ut postea licite possit accedere ad uxorem: ergo potest valide contrahere, ut se expediat a tali periculo.

Dicet P. Suarez lib. 5. cap. 22 nº 11 per legem irritantem poni inhabilitatem in contrahente, quam ipse non potest auferre: quam si teneat irritante impossibile est verum matrimonium. Unde quamvis immineat metus mortis, non potest quis valide contrahere, sed contra insurgit P. Arriaga disp. 24. sect. 7. nº 52 in hac solutione assumit, tamquam certum id ipsum, de quo dubitatur, scilicet non esse in potestate hominis, quod auferat eam inhabilitatem concurrente mortis periculo, nam sicut obligationem faciendi est praeceptum, tollit ratio periculi, necessario se potest legislator summus eam retinere etiam sub isto casu. Loco plane non videtur tollendo inhabilitatem, quam induxit legislator summus: si excusat legis periculum vitae, nec valet dicere impossibile esse verum matrimonium, manente inhabilitate contrahentium, quia etiam stante obligatione legis impossibile est, quod actio praecepta licite fiat. Quare ergo sicut per metum mortis tollit obligationem, non tollet ipsa inhabilitatem, cum utraque inducta sit per legem summam.

Nec exhaurit difficultatem, quod ipse Suarez ait nº 12, nempe legem irritantem semper respicere bonum commune, et ideo non curare privatum malum illius, cui vis infertur, non inquam exhaurit difficultatem, quia lex obligans semper [illegible]

bonum

bonū com. et pro hoc nil curat de malo privato: ergo sicut obligatio proveniens a lege aliquando cessat propter metum mortis, etiam poterit aliquando cessare irritatio. Consequentia: si per se est minoris momenti, quod aliquis actus fiat valide contra irritationem legis, quam quod amittatur vita: ergo si periculum sit vita hominis, poterit fieri valide aliquis actus irritatus a lege. Probatur consequentia, nam ideo per aliquando actus fieri licite metu mortis contra obligationem legis, quia per se minoris momenti est, quod fiat talis actus, quam quod amittatur vita: ergo si per se minoris momenti est, quod validus actus fiat, quam quod amittatur vita, poterit aliquando fieri validus, ubi vita periclitetur.

Hanc difficultatem, quam gravissimam putat Arriaga et parum consideratam a doctoribus, ipse conatur dissolvere, longo quodam discursu, qui tandem reducitur ad id, quod si propter metum aliquando cessaret irritatio legis, id esset in grave reipublicae damnum; hoc autem probat specialiter in casu praesenti, nam cum illud matrimonium sit res natura sua perpetua, gravissimum esset malum committere requisitum alterius inaequalitatis metum, ut illud omnino perpetuum induceret valide contra legem. Aliis omissis illis transeuntibus, de quibus causis etiam ea, quae alioqui ex natura sua sit licita et valida, reddunt invalida. Inoculis illis metus, ut per in quolibet alio contractu de metu mortis cadente in virum constantem facto, si ergo, inquit, licet ob insurgentem metum, ea, quae valida alioqui fuissent, reddunt nulla, quanto magis, quae ex se invalida erant, manebunt invalida, imo ex duobus titulis invalida. Loquor ait, agere in aliis factis, ad quorum utramque est discrepantia inter legem irritantem et obligantem.

Hec solutio vs optime solvelt casum pnti de invaliditate Matrimonij, quia navi n posset gravissa damna que sequerent in Repub. si posset quis p. iniustum metum obligari ad gahendum valide Matrimonium, et post addi q dissolutione eiusdem casus, quod periculum mortis non possit innor gahendo valide, quia cum vallor Matrimonij non sit res visibilis potest simulando extrinsece Matrimonij evadere periculum mortis visenim solum poe compere ad prestandum extrinsece consensum. si aut postea obligat ad consumandum, tenebit resistere, quia tollis accessum ad non suum intrinsece malum. Unde Amor in casu presenti non cogit ad aliquid contra legem suum irritantem, cum possit ille vitari p. simulationem. s. cogit ad aliquid intrinsece malum, et contra legem Dei, scilicet ad copulam cum n sua quod ut diximus numquam fieri potest etiam cum periculo vite.

Nihilominus ea solutio n videtur sufficiens generaliter pro disparitate legum irritantium ab obligante, nam alias n sequeret graves Reipub. damnum, ex eo q fiat aliquis actum validum contra irritationem legis, vs. ex eo quod aliquando validas sit promissio solvendi pecuniam in ludo, sub fide p. dendorum, que irritas p. leges hispanas, n sequit aliquod grave damnum Reipub. quod preponderet amissioni p. prie vite, quare contra hunc si immineat periculum mortis n poterit fieri valide illa promissio.

Pro solutione et disparitate penalis noto difficultatem solumne, q quis ex natura sua alioqui erat capax faciendi valide talem actionem, que incapacitas impeditur

p

ex lege mpoua, nequivisse homo ex natura sua erat incapax, quod mexy, quod solus metus suis venterus non tribuatis hanc capacitatem, vero, qui non est legitimus iudex in aliqua lite, dicitur incapax ferendi sententiam validam, nec potest valide adiudicare bona illius, suis, aut alteri parti, nunquid sola minitatio mortis tribuet illi potestatem ad valorem actus? hoc indubie verum non potest. Pro castigo dis-falsis etc.

Disparitas est, quod quilibet actus per metum mortis iniuste extortus est natura sua invalidus, utpote non plene voluntarius, sed tantum tractat ex lege mpoua, quae lex gravissimas causas habuit ad talem irritationem, et propter abolitionem iniustitiae, alioquin, cum maxime tradantur possent homines percipere ex valore actuum, daret iniquis occasionem passim incutiendi metum mortis, ut illa tradantur percipiant. Unde resultaret grave damnum reipublicae et bono communi. Cui damno non potest praeponderare, quod aliquis homo utique proprio periculo exponeret ne valide efficiat aliquem actum, qui casus vix aut raro esse potest, potissime propter rationem supra tactam de invisibilitate valoris. Cumque haec lex semper, et ex occasione retineat suam vim irritandi omnes actus, alias alioquin validos, itaque longe erit metus mortis a faciendo validos actus irritatos ex aliqua lege positiva, utpote denovo invalidet. Quare non militat in lege eligante, quia metus mortis iniuste incussi nec ex natura sua, nec ex lege positiva reddit illicitos actiones, et proinde potest aliquando reddere licitas, quae alioquin ex lege mpoua erat illicita.

Dices, hanc rationem subsistere, quod metus ab extrinseco iniuste incussus, nullam aut vim habere quod talis metus

n

n. proveniat ab extrinsecas, s. ab intro, nullo facta violentia ab alio, v.g. quando studio medicorum esse periclitaret vita alicuius christi matrimonii contrahere, non posset autem cum alia contrahere, quam cum consanguinea in gradu irritato ab ecclesia. Demum casus, et potest quod certe in hoc casu non militat ratio facta quod iste contractus non irritat ex iure, nec alia lege generali irritante omnes actus per metum iniuste extortos, sed solum irritatur lege particulari ecclesiastica prohibente matrimonium inter consanguineos in tali gradu; et videtur minus inconveniens quod tale matrimonium semel fiat contra hanc legem, quam quod periclitetur vita illius hominis: quod poterit tunc valide, et licite contrahere.

Adeo difficilimus est iste, nec minus difficilis possibilis casus allatus: in eo casu dicenti possum aliquis dicere posse illum hominem licite, et valide contrahere, si non posset obtinere dispensationem, quia ea benignitas presumitur data ab ecclesia pro casu adeo urgenti, et raro, dum quia irritatio ex intentione pontificis, non censetur ad illum casum se extendere, nihilominus id non audeo decidere in presenti absque aliorum doctorum exemplo. Interim tamen, duo possum vere ad istum. 1.° illud periculum esse, et directe non posse evitari in non contrahendo matrimonio: ut patet: quia valor matrimonii cum sit res incorporea, non potest se deducere ad salutem illius hominis, sed periculum propter et directe est in non accedendo ad consanguineam, cum autem hoc sit intrinsecum absque matrimonio, tenetur illud periculum subire ne peccet. 2.° forte in tali casu exigit tenere irritationem ab ecclesia factam, ne inde homines ansam arriperent ad fingendum, aut imaginandum illud periculum in fraudem legis ecclesiasticae, quod est inconveniens

vitandum

Vitandum. Et satis de hac difficultate quam calamus nimis alte diduxerat.

Cap. 5. aliorum casuum resolutio.

Cap. 5.um

Aliorum casuum resolutio.

Colliges 2.º ex alio casu posito dicto cap. 5.º huius disputationis de celebratione Missae sine calice consecrato, sine vestibus &c. scilicet posse sacerdotem ita celebrare, si aliquando occurreret casus, in quo esset revera talis celebratio utilis ad fugiendum periculum mortis, et id non esset in contemptum sacrificii, aut cum aliorum scandalo. Ita probabiliter existimat P. Valdes citatus, et apud ipsum P. Vasquez, Sairus, et Salas cum aliis pluribus, qui etiam addit id verum esse non solum si omittatur una, sed alia ex vestibus sacris, sed etiam omnes, sed et Missa dicatur a sacerdote non ieiuno, et in pane fermentato, sed in calice non consecrato, sed cum aliquo alio defectu simili, cum eadem sit ratio de omnibus, scilicet non esse voluntatem Ecclesiae in casu tanti periculi ad id obligare.

Colliges 3.º propter imminens periculum mortis licitum esse communicare cum excommunicato non solum in humanis, ut tenet communis, sed etiam in divinis officiis, ut asserit P. Vasquez 3.a p. ... verum, haec intelligenda sunt, nisi metus, ut communiter fieri solet, incutiatur in contemptum Ecclesiae, et suarum sanctionum, tunc enim pro nullo metu licitum est ea communicatio. Et forte in hoc sensu loquitur cap. in sacris allatum in cap. 1. huius disputationis, cuius varias interpretationes a doctoribus excogitatas, licet reperies apud P. Salas, et P. Arriaga, an autem idem etiam verum sit de coactione, tacam, Ars magis dubium videtur; nihilominus generaliter dico, licitum esse metu mortis quod quid prohibitum

e

e' fidelib. solaq lege ecclesiastica ccº coicoem cu excoicat. qº

hec Lex non censet obligare cu eo rigore ex Intentione ecclesie

l. ex defectu potestatis, cum id non sit expediens pro bono com.

Unde Infertur 1º: qd. per quis Eucharistiam suscipere a Ministro, etiam nominatim excomcato, si adid cogatur sub Int. minoris mortis, ut docet Salas citatus. 2º. quod per eandem caam possit ille administrare excomcato nominatim, et denunciato; et si neget a P. Suarez 3. p. t. 5. disp. 6. n. 11. quia existimat id esse intrinsece malum, qd merito reiicit a P. Salas, quia de se non est intrinsece malum, dare Eucharistiam indigno; alioqui non esset licitum eam dare occulto peccatori publice petenti, cum Xpus D. dedit occulto peccatori Iude. qº occurrente metu mortis licitum etiam erit Eucharistiam administrare publico excomcato. Et confirmatur, quia tunc solum obstaret preceptum eccle, qd tunc non obligat, quando censet obligare cum tanto rigore. Et adde, qd talis ex-coicatus posset esse alioqui dignus, si nimirum esset vere contritus. Et ipse non staret, quod non absolveret, et Iudicaret Invincibiliter sententiam excoicoe, nec metus ab ipso excoicato incuteretur, sed ab alio citra culpam ipsius. 3º. quod ipse excoicatus per metum mortis, aut Infamie gravis Eucharistiam sumere, aut celebrare permissa contritione, quia ad id solum prohibet preceptum ecclesiasticum, qd non obligat sub eo, dicitur.

Infertur 4º: qd est maxime notandum. Non Incidere in excoicoem latam ab eccle, qui metu mortis participat cum excomcato, etiam In crimine et in minoro intrinsece malo; quia licet hic peccet in admittendo crimen contra preceptum

nale

nale, aut Q. n'tri 3° prohibitionis ecclesiasticae, quae communiter n(on) extendit suas censuras ad casus adeo urgentes; sed potius miseretur fragilitati illius, qui tali metu coactus illud peccatum admittit; hoc autem dixerim, nisi forte Iudex ecclesiasticus, praeviso periculo mortis, adhuc procederet in ferenda censura contra subditos homines participantes carne ex Colcato: quod propter gravissimam boni communis causam aliquando fieri poterit, tunc enim tenebitur obedire sub poena excommunicationis.

Quaeres 4°: quid dicendum sit de lege, aut statuto Carthusiensium praecipiente abstinentiam a carnibus, etiam tempore infirmitatis et instante mortis periculo, quae solo hoc rigore huiusque servatur, et servanda censetur in ea religione. Quidam enim dicunt talem legem adeo asperam, gravissimam fuisse causam bonorum totius religionis, ut quasi possit subditos particulares ita obligare, quia satis est, hoc aliquando rarissime vitam alicuius Monachi periclitari, propter servandam abstinentiam a carnibus, quam quod praetextu huius periculi paulatim labi faceret laudabilis illa consuetudo eius religionis, quae magnum exemplum abstinentiae est in tota ecclesia catholica. Philomino placet inhaerere doctrinae P. Salas, qui docet subditis statim non loqui expresse de eo casu in quo sit omnino necessaria ad tuendam vitam comestio carnis, sed abstinere omnino ab usu carnis, sive in infirmitate, sive in mortis articulo, Iudicat autem eam legem iustissimam, quia, ut probat, authoritate plurium Medicorum, numquam in infirmis necessarius est usus carnium simpliciter ad tuendam vitam, nec in tali necessitate potest unquam vera certitudo haberi, et ideo ait nulli Medico credendum esse, qui id tamquam certum affirmaverit. Ergo necessitas carnium, vel nulla, vel incerta sit, recte potuerunt Carthusiani praedictam legem generaliter statuere pro bono communi, et intentum illud esse, vel ad summum probabile periculum vitae.

Addit tr. si aliqdo necessitas esset certa necessitas comedendi carnes ad vitandum periculum vitae, tunc posse Carthusienses illas comedere, quia nulla lex apud ipsos est de abstinendo cum evidenti periculo vitae: quod plures alii extendunt in casum, quo nullus omnino alius cibus suppeteret ad sustentandam vitam, praeter carnes, qui casus facile contingere potest in deserto, aut in captivitate etc. Imo addunt tunc adesse obligationem utendi tali cibo, quod et ego verum existimo, quia nulla tunc adesset rationabilis causa subeundi tale periculum contra legem naturalem conservandi vitam. Sed tota hanc de Carthusianis quaestionem eruditissime tractatam vide apud dictum Sanchez de legibus disp. 14. Disp. 12 an liceat pro impletione cuiuslibet legis periculum vitae subire. Cap. I. Pro explicatione difficultatis aliqua premittunt.

Disp. 12

An liceat pro impletione cuiuslibet legis, periculum vitae subire?

Cap. I.

Pro explicatione difficultatis aliqua premittuntur.

Non est legem obligari ad observationem legis cum periculo vitae, atque posse licite legem observare cum tali periculo, nam licet obligatio non possit stare sine potestate ad faciendum licite actionem; tamen adeoque est talis obligatio, quia nemo obligatur ad illicitum, potest aliqua actio esse licita quin ad illam accedat, nec ullo possit obligari. Videtur tota difficultas praecedenti nondum esse obligationem subeundi mortis discrimen pro observatione cuiuslibet legis, quia plures sunt, tam humanae, quam etiam naturales, quae adeo non obligant,

in

in praesenti rogamus, an sit licitum tale periculum adire pro cuiuslibet legis observatione?

Praemittendum est 1° Inter actiones licitas aliquas esse, quae de se licitae sunt independenter ab eo, quod praecipiantur, aut non praecipiantur, sive quia de se sunt honestae, ut jejunare, sacrum audire, et similia, sive quia saltem de se sunt indifferentes, ut confabulari, iter facere etc. Aliquas vero esse, quae de se, et independenter a praecepto non sunt licitae, quia ipsum praeceptum est vim habens reddendi licitas eas actiones, quae alioqui secluso praecepto erant illicitae, quod non est impossibile ut infra videbimus.

Praemittendum est 2°, aliquod sufficit ad faciendam licite aliquam actionem cum periculo vitae, non semper sufficere ad obligandum sub tali periculo, nam licet ad utrumque requiratur causa aliqua valde gravis, et justa, nihilominus multo maior causa requiritur ad hoc ut possit homo obligari praecepto superioris humani, quam ad hoc, ut possit sua spontanea voluntate id honeste, ac licite facere; quia non omnia honesta, et licita possunt nobis praecipi potestate humana, maxime quando sunt valde ardua, nisi ex speciali necessitate. Ex quibus tamen possumus illa licite facere, ita pro exemplo in naufragio licite cedere amico aequali tabulam, quae necessaria erat ad vitam salvandam, nec duos capere poterat, ad id tamen obligari non potest ulla lege humana. Item propter utilitatem publicam potest licite aliquis aggredi opus valde periculosum, si tamen necessitas non esset adeo gravis, ut possit ad id obligari. Loquor specialiter in his casibus de legislatore humano, cuius potestas et jurisdictio limitata est, nam potestas Dei vi potestatis perfectissimae et absolutissimae in creaturas, procul dubio extenditur

ad

ad omne licitu quamvis arduu. Unde caa, quae sufficit ad faciend licitu aliquod opus, sufficit etia, ut Deus possit ad illud obligare ab ho; licet regulariter Lex Dei non obliget ad omne licitu; quia Dei volunt de facto ad id non se extendit.

Praemittendu e 3° quaestione n̄ ee de co, leges, quas diximus obligare cum periculo vitae, quia talis obligo non possit ee ad illicitum. Evidens e, posse subditu licite subire tale discrimen observ illius legis, quae ipsu obligat ad illud subeundu; alioqui esset homo moralit in consilias obligatus ad id, quod n̄ pot licite facere, quo nihil absurdius. Quaestio g e dumtaxat de illis legibus, quaru obligo cessat urgente vitae periculo, an saltu tunc possit quis licite, et ex libera sua volunt legem observare, non obstante tali periculo. Et vo dubitand e, quia tunc videt urgere praeceptu nale conservandi propria vita; ergo ut illud adimpleat, fugiendu e periculu vitae, quod evitari n̄ pot observando legem, praesertim cu nulla obligo urgeat ad tale periculu devorandu.

Praemittendu e 4°, ex duplici titulo legem n̄ obligare cum periculo vitae, 1. quia legislator ad obligandu n̄ h̄et potestate, etia si velit. 2. quia licet h̄eat potest ex eo, quod sit iusta caa ad obligandu, tn̄ n̄ vult obligare, quod facile deprehendi pot. Iam vo difficultate non ee de 2° casu aliquis iudicabit, quia si adest iusta et sufficiens caa, ut legislator humanus possit obligare ad periculu vitae a fortiori eadem caa sufficit, ut licite quis possit tale periculu subire, quamvis actu superior n̄ velit obligare. Hoc e, quia supra diximus, quia maior caa requirit ad obligandu, quam ad licite faciendu; ergo si data caa sufficiens ad 1m, etia a fortiori sufficit ad 2m. Hoc autem non ee generaliter veru pt 1° in legislatore

De

R. quia tum Deus non solum posit precipere, que de se licita sunt ante illius preceptum, sed etiam alia alioquin illicita, que tunc licita reddit per suum velle precipientis. Non bene infert Deus potest licite nunc mihi precipere talem actionem: ergo possum illam licite facere etiam secluso precepto. Cur? quia sola voluntas R. Sic et nunc reddit licitam la actionem: que secluta tali voluntate non manet licita. quodam Deus posit precipere, quod non est licitum facere absque suo precepto facile patet: quia ego non possum licite me exponere in periculo vite absque gravi causa, esset enim actio temeraria et insana, si tunc Deus id mihi precipiat, id possum licite. Et debeo; quia ipsum preceptum est causa sufficiens ad honestandum tale periculum, quo precepto ablato nulla maneret causa sufficiens ad illud subeundum. Sic Abraham non poterat licite immolare primogenitum ante preceptum R. eo tunc precepto posito, et potuit et debuit. Ad ipsius maior alleg. licet rarius posse potest in legislatore humano, qui in aliquo casu potest mihi precipere quod ego non possem licite facere secluso eo precepto. Ut si ego vovissem non facere aliquod opus, nisi ex precepto mei prelati. Et hoc votum haberet sufficientem causam ad me obligandum; sane non possem facere tale opus, nisi interposito tali precepto, Unde sit explicatum. Sic et nunc posset id mihi precipere, et haberet causam ad me obligandum suo precepto; tunc si nollet actu talis precipere, mihi non esset licitum illud facere propter voti emissi. Et hic casus in his obtinet in nostra Societate, ubi illius Professi post professionem solemnem, statim emittunt inter alia votum quoddam simplex non acceptandi extra suam Religionem aliquam dignitatem aut Prelaturam nisi coactus obedientia Summi Pontificis sub pena peccati. Ecce Professus Societatis non potest licite facere secluso precepto, id quod

Pontifex

Cap. 2us
questionis resolutio

Ego vero ex dictis fallis e resolutio propositi facilis, ac 1o dico generaliter, non licere pro impletione cuiuslibet legis periculum mortis subire. Pt 1o, quia ad subeundum licite periculum vite requirit aliqua causa valde gravis, ut omnes DD supponunt, sed sola adimpletio legis non est causa valde gravis: ergo non licet pro impletione cuiuslibet legis subire periculum vite. Minor probatur: quia lex pro illo casu ..., et inde se habet, ac si non esset lex, sed in presenti loquimur tantum de lege non obligante sub periculo vite, ut premisimus: ergo pro tali periculo se inde habet, ac si non esset lex: ergo pro tali casu non potest esse causa gravis ad subeundum periculum vite.

Hinc fit non posse hominem licite se exponere periculo mortis pro observatione precepti ecclesiastici de ieiunando in quadragesima, quia tale preceptum non obligat sub eo periculo, nec aliunde aliquid est que sit causa sufficiens ad dispendendam vitam; quia vir tenetur abstinere ... si sit in moderato ciborum usu ita quoad qualitatem, quam quoad quantitatem; nec licet se ieiuniis macerare, usque ad evidens dispendium vite, et esset enim peccatum contra ipsam vitam abstinere. Et quia potest aliquis peccare non solum per defectum, sed etiam per excessum. Si ergo nullo dato precepto ieiunii, non potest quis licite ieiunare cum periculo vite, etiam nec poterit stante precepto; quia tale preceptum in iis circumstantiis non obligat, imo se inde se habet, ac si non esset: ergo illud non potest licitum reddere illam actionem, que alioqui illicita erat seclusso precepto.

Pt 2o, quia si liceret subire periculum

mortis, pro observatione legis, maxime, quia in tali observatione subesse se praestaret violari et intentioni legislatoris ea legem [illegible] aliquando non adest talis intentio, aut [illegible] legislatoris pro periculo mortis. Immo si pro observatione legis in illis circumstantiis servit quod ipsius intentioni [illegible] [illegible] sola causa observandi legem non semper erit sufficiens ad hoc ut quis licite possit subire periculum vitae. Probatur 3.º ex dictis, quod aliquando honestas actionis praeceptae potest dependere ab obligatione actuali legis, ut praemisimus: ergo si obligatio legis cessat in mortis periculo, tunc non licebit eam actionem facere, quae in talibus circumstantiis ab isto dubio manebit illicita.

Dico 2.º: etiam in casu quo legislator potest praecipere aliquam actionem adhuc cum periculo vitae, si tamen re ipsa eius intentio in praecipiendo non se extendat ad tale periculum, non semper licebit exequendo tali actione illud periculum subire. Probatur: quia quamvis detur sufficiens causa ad praecipiendum, forte actio non erit licita, nisi dependenter ab obligatione actuali praecepti, ut potest quaerere saltem secundo de legislatore. Qui potest mihi praecipere verbi gratia ieiunium cum periculo vitae, quod periculum non possum ego licite subire ieiunando, quamvis generaliter mihi impositum fuit praeceptum ieiunandi, nisi mihi constet de intentione eius me obligandi ad ieiunandum etiam cum dispendio vitae: ergo a[illegible] ad[illegible] [illegible] in legislatore me obligandi, si tamen re ipsa non vult me obligare cum periculo vitae, non semper mihi licebit obedire cum eo discrimine. Et hoc quia, ut diximus, quia causa quae sufficit ad me obligandum, non semper sufficiet ad hoc ut ego possim licite facere illam actionem, cuius honestas dependet ab actuali obligatione legis.

Dico 3.º: saepius licebit pro observatione legis subire periculum vitae, quamvis lex actu non obliget in eo casu. Probatur: nam quamvis non sit sufficiens causa ad me obligandum cum periculo mortis

et propter se exposita non me obliget in illis circumstantiis, adhuc potest esse causa sufficiens, ut ego libere possim illud periculum subire, licet maior causa requiratur ad hoc, ut me obliget: aliquid faciam, quam ad hoc, ut spontanee et libere faciam: ergo aliquando licebit cum periculo vitae observare legem, quamvis ea actualiter non me obliget cum tali periculo, quae conclusio certe vera est, quod probatur quia cessat obligatio legis, est defectus potestatis in legislatore ad me obligandum sub mortis periculo, et non solum defectu intentionis, quia optime stare potest, quod legislator invalide et iniuste mihi praecipiat, quod ego possum in eisdem circumstantiis licite facere: cum potestas humana non semper se extendat ad omne illud, quod licite fieri potest a subdito. Ex

Ex dictis colliges, rationem licitum esse observare cum periculo vitae illam legem, quae sub tali periculo non obligabat, si materia legis talis est, ut non posset licite cum tali periculo exerceri, etiam si lex non esset generaliter posita contra illa. Probatur, quia licet lex generaliter posita multum conducat ad bonitatem, ac necessitatem, quia praecipit in istis circumstantiis, in quibus vere obligat, tamen in mortis periculo, in quo non obligat, ut supponimus, parum potest afferre ad bonitatem, aut necessitatem talis materiae, quia in illo tunc illa lex se habet, quasi non esset imposita: ergo quando materia non est adeo gravis, secluso praecepto, ut illa liceat subire periculum mortis, nec licebit, postquam imposita fuit generaliter praeceptum, quod tamen non obligat cum periculo mortis. Dixi vero ideo licitum, quia praeceptum absolute impositum etiam non obligans sub periculo vitae, potest esse conditio, quae reddat materiam dignam esse pro qua quis licite periculum mortis adeat, ubi vero tale praeceptum ita generaliter latum sit requisitum ad honestandam materiam, quae praecipitur.

Et hinc patet facile ad rationem dubitandi initio

dispui

disputo 9. 2. Dicendum enim est legem naturalem non se exponendi periculo mortis solum obligare, quando non adest gravis, et iusta causa subeundi tale periculum. Unde licet lex non me obliget ad illud subeundum, quia non est causa sufficiens ad obligationem, potest nihilominus adesse alia causa gravis, quae sufficiat, ut ego possim libere, et spontaneè tale periculum subire, quia ut saepius diximus, minor causa requiritur, ut aliqua actio sit licita, quam ut sit obligatoria. In eo autem casu non violat lex naturalis conservandi propria vitam. Quia talis lex non praecipit absolute, et immediate servare vitam, sed dumtaxat prohibet, ne illa temerè et absque causa dissipemus.

Disputatio 13. quaestio an omnes parvuli obligentur ad leges servandas? Cap. 1. certiora praemittuntur.

Disp. 13.

quaestio an omnes Parvuli obligentur ad leges servandas?

Cap. 1.

certiora praemittuntur.

Certum imprimis est, usum rationis necessarium esse, ut aliquis per legem obligetur, sive loquamur de legibus humanis, sive divinis. Quia ut inquit Divus Thomas q. 17 de veritate art. 3 quemadmodum vincula corporea non ligant, nisi applicentur per contactum, ita leges, quae sunt quaedam vincula rationalia, non possunt obligare nisi applicentur per cognitionem, quae est actus rationis: ergo quando non adest usus rationis, non potest quis aliqua lege obligari. Unde stulti, et amentes, qui semper manent, et ad longum tempus carent usu rationis, nullis legibus obligari, ut docent Soto lib. 1 de iust. q. 3. art. 9. Suarez de sacram. disp. 46. sect. 2. Salas disp. 4. sect. 13. Bonacina de legib. disp. 1 sect. 5. n. 4. et sequentibus, et est communis Doctorum, et idipsum consequenter dicendum est de parvulis ante usum rationis, quia pro illo tempore amentibus aequiparantur.

Advertendum

Advertendum quod P. Thomas Sanchez Lib. 1. in decalogum cap. 12. n.o 1. aliud esse lege non obligari, et aliud excusari ab illius observatione, nam post legis promulgationem, qui illam ignorat, non recte dicitur ab ea lege non obligari, sed solum excusari ab illius transgressione. Illi ergo amentes non obligantur, quia amentes non comprehenduntur sub lege, vel quia sunt perpetuo rationis incapaces, vel quia licet capaces sint, non jurisdictio, vel saltem intentio legislatoris ad illos non se extendit; illi vero dumtaxat dicuntur excusari ab obligatione legis, qui ex aliquo accidenti non peccant, et faciant oppositum, vel quia legem ignorant, vel quia occurrit aliquis casus illos excusans. Unde ipse distinguit inter perpetuo amentes, et eos qui usum rationis per breve aliquod tempus habent impeditum, ut ex morbo, ebrietate, aut somno, nam illi recte dicuntur legibus non obligari quia nec intentio, nec jurisdictio legislatoris ad illos se extendit; hi vero tantum dicuntur excusari pro illo brevi tempore, sed intentio legem ferentis ab eis praescindat.

Deinde certum est, illos, qui non sunt simpliciter et perpetuo amentes in omni materia, sed tantum amentes secundum quid, et solum in aliqua certa materia, in ceteris vero habent usum rationis liberum, hos in ea, certum est legibus ab eo obligari, quia licet pro tempore illo, quo in amentiam rapiuntur, excusentur ab observatione legis communiter, in qua amentes sunt, in aliis materiis habent sufficientem usum rationis, per quem possit obligatio legis applicari. Ita P. Sanchez citatus num. 4. Et inde deduces licitum esse in diebus ieiunij aut abstinentiae a carnibus, illas ministrare praedictis perpetuo amentibus (sicut, et infantibus ante usum rationis) non solum quia aliunde medicorum illis indigent, ne humor melancholicus amentiam augeat, et periculum vitae afferat, sed quia ab ecclesia

Iurisdi

quousque sunt gentes, ut infantes, aut bruta, et excusantur ab omnibus legibus, secus vero dicendum est de Christianis amentibus in certa materia, quia si veri reputantur legibus obligati, et si ipsi ex ratione excusentur a peccato ratione amentiae aut furoris in illorum ciborum comestione non tamen excusabuntur, qui sui compotes eis cibos subministrant.

Dices, tempore Interdicti localis non possunt infantes aut perpetuo amentes admitti ad ecclesiasticam sepulturam: ergo legibus ecclesiasticis obligantur. 2°. lex Baptismi ita obligat infantes et amentes, ut non solvantur a peccato originali, nisi baptizentur: ergo. Resp. ad 1um legem Interdicti non obligare infantes, aut amentes, vel alios rationis capaces, quibus praecipit ne ulla corpora Christianorum ad sacram sepulturam admittantur sive adultorum, sive infantium, unde cadavera infantium solum recipiuntur ut materia, circa quam versatur Interdictum. Ad 2um resp. legem baptismi seu baptismum dupliciter posse considerari, 1°. inquantum est materia necessitate praecepti, 2°. inquantum est materia necessitate medii, et est remedium pro peccato originali. Itaque infantibus aut amentibus non est materia necessitate praecepti, quia obligatio legis non potest ad ipsos applicari ex inscitia, ut pote rationis incapaces, est tamen materia necessitate medii ad primam et plane, quia nisi eo remedium liberari non possunt a peccato originali. Eorum autem non est aliqua lege obligari.

Obiicies 1. tertium: si infantes, et perpetuo amentes nullis legibus obligantur, ut supponimus: ergo et poterunt licite ingredi monasteria monialium. Resp. neg. consequentiam, quia

nulla

nulla est ratio, quare possint tenerentur hac lege, quam alij, cum defectus usus rationis equiparetur eos faciat incapaces cuiuscumque obligationis legis. Hoc autem videtur esse de Concilio Tridentino ses. 25 cap. 5 de regularibus, et Monialibus, ubi generaliter dicitur, nemini licere ingredi intra septa Monasterij, cuiuscumque sexus, vel etatis fuerit, et proinde videtur absurdum quia alioquin eis liceret ipsos admittere, et non peccaret Monialis aut quivis alius, qui intra Monasterium admitteret infantes, aut amentes, cum revera nullus admitteret, quibus ingressus esset prohibitus, in minimis, quam si admitteret brutum. Sequela probatur: nam ideo licitum est, ut diximus, ministrare amentibus, et infantibus cibos prohibitos, quia ipsi sunt usus dicti legibus, non tenentur; quod si nec obligantur Sacrosancte de non ingrediendo claustra Monasterij, etiam licitum erit eos admittere.

Theologi nostri docent generaliter esse verum, esse omnes leges, etiam presentes de clausura Monialium, ut inter alios docet Navarr. comment. 4. de regularib. nº 59. P. Salas disp. 14. sect. 13 num. 126 in fine, Henriquez lib. 4 de penitentia cap. 5. n. 2. P. Azor p. 1. lib. 13 cap. 8 q. 3. P. Comitolus in responsis moralib. lib. 6. q. 19. Rodriguez tom. 1. q. 47. art. 1. P. Sanchez lib. 6. in Decalogo. cap. 16. num. 6. Bonacin. de legibus disp. 1. q. 1 p. 6. n. 7. Thomas Cerda in praxi episcopali p. 1. verbo Moniales. Augustinus Barbosa in remiss. ad Tridentinum ses. 25 cap. 5. et alij communiter, hinc autem non infertur alijs licere similiter infantes, aut amentes adultos admittere

Intra

Intra septa Monasterij, quia hoc decretum potest comparari, scilicet ad
ipsa ingredientes, scilicet ad alios, qui eos admittunt: 1° modo
certum est, non comprehendere infantes, aut amentes, qui perfecte carent
usu rationis, quia propter hoc incapaces sunt, sicut culpae, ita et cuius-
cunque obligationis ad culpam. 2° modo potest comprehendere non solum eos
qui admittunt alios sexus doli capaces, sed etiam qui admittunt
infantes, aut amentes.

Sed difficultas est inter DD, an eodem modo loquatur
hoc decretum de admittentibus infantes, ac de admittentibus amen-
tes, vel adultos, et sic aliqui existimaverint utrumque prohi-
beri per illud decretum, tamen communis sententia docet non prohiberi admissionem infan-
tium, sed dumtaxat adultorum, sive habeant usum rationis, sive non,
quod colligitur ex fine, et intentione illius decreti, intendit enim
Concilium auferre omnes occasiones peccandi, omnesque causas tumultuum,
et perturbationis in Monasterijs Deo sacris, quae minime vita-
rent si possent admitti intra claustra adulti etiam rationis caren-
tes. Ex admissione autem infantium ante usum rationis nulla sane occa-
sio sequitur alicuius momenti, ut patet. Haec dixerim de iure communi
quia tamen non est prudens ab aliquibus praelatis prohiberi spe-
cialiter, ut infantes admittant, sicut et alia, quae usibus moni-
alium non sunt necessaria.

Denique etiam certum videtur pueros, quando
perveniunt ad usum rationis statim obligari omnibus legibus divinis
et naturalibus. Hoc est, quia iam eo ipso possunt discernere inter bonum et
malum, et habent sequentem obligationem, sufficienter possunt illis applicari
... Difficultas ergo solum remanet de legibus humanis, tam ci-
vilibus, quam ecclesiasticis. Cap. 24 an pueri statim post

usum

Cap. 2us.

An Pueri statim post ussu rois obligent legib. Sumnis?

Cois opinio e parvulos, qui pervenerint ad usu rois statim obligari legib. etia Sumis, nisi forte materia ipsa legis aliter ostendat, vel intentio legislatoris supra legem expressa, aut consuetudine declarata Pariter suadeat. Ita P. Sanchez lib. 1. in decalogum cap. 12 num. 6. P. Salas disp. 14. sect. 13. P. Azor, p. 1. l. 5. cap. 11. q. 4. et apud hos plures alij. Ro huius doctr. e, quia in eo statu ia pueri sunt capaces culpae, et possunt sufficienter percipere obligationem legis: ergo possunt legib. Sumis obligari: si aute possunt: ergo de facto obligantur, quando nec materia legis, nec intentio legislatoris, aliud ostendere videtur. Advertendu nos in praesenti solu loqui de foro interno Ecclesiae, et apud Deum, non aute de foro externo, in quo cois non presumitur quis doli capax, secundu iura, nisi proximus pubertati, idest, anno decimo cum dimidio in maris. et anno 9. cu dimidio in femini.

Ca vero 1o dubitandu e, an pueri statim post ussum rois obligent precepto annue confessionis. Sanchez, Antoninus p. 2. titulo 9. cap. 8. § 2. Cordubensis in summa q. 40. Victoria relect. 2 de venientib. ad usu rois num. 11. existimarunt pueros non teneri ad confitendu semel in anno, nisi sint proxi pubertati. Et Sotus in 4o dist. 12 q. 1. art. 11. et dist. 18. q. 1. art. 3. et lib. 7. de Iustitia q. 3 art. 2. et Henriq. lib. 8. de euchar. cap. 42. n. 2. docuerunt eos non teneri, usq. ad annu 12; at vero P. Sa verbo confessio num. 3. asseruit non obligari usq. ad annos pubertatis. Ro horu Doctoru e, quia usq. rois, qui sufficitad peccatu morle cois non habet, nisi

ad

ad annos proximos pubertati.

S. dicendum est ad huiusmodi preceptum teneri pueros statim post usum rationis, quamvis non dum venerint ad annos pubertatis, aut pubertati proximos, quia statim ac sunt capaces peccati, sunt etiam capaces remedii contra peccatum, quod est confessio, nec ulla est ratio, quare ad illam non teneantur etiam lege ecclesiastica presertim cum verba ipsius legis clare exprimant, quod omnes teneantur, postquam venerint ad annos discretionis, et eo ipso quod sciuntur ante annos pubertatis vel proximos pubertati esse capaces peccati, etiam convincuntur esse capaces legis, et obligationis, quod sit ex presumptione saltem pro foro externo.

Dubitandum est 2°, an idem dicendum sit de precepto sumendi Eucharistiam in paschate. Ratio dubitandi est, quia cap. omnis utriusque sexus de penitentia et remissione ubi precipitur Eucharistia in paschate, et confessio semel in anno, postquam aliquis venerit ad annos discretionis, quo loco dicitur de utroque precepto, ita docet glossa ibidem, et Paludanus in 4° distinct. 12 q. 1. art. 5 concl. 1. Nihilominus dicendum absolute est non obligari pueros statim post usum rationis ad sumendam Eucharistiam. Ratio est, quia licet textus ille pro miscuè requirat annos discretionis tam ad sumendam Eucharistiam quam ad efficiendam confessionem sacramentalem; tamen diversitas ipsarum materiarum circa quas versantur ea duo precepta sufficienter suadet diversimode legem esse interpretandam, et eosdem tantis annos non sufficere ad obligationem utriusque precepti inducendam, nam discretio sufficiens ad confessionem sacramentalem, est illa eadem, que sufficit ad peccandum. Unde quod aliquis est capax peccati, eo ipso censetur capax obligationis ad confessionem, que est remedium peccati. At vero discretio requisita ad Eucharistiam recipiendam, est ut quis discernat panem profanum a sacro ea

que

quæ het spalē quā sacramenti, quæ Coit n' het a Pueris, nisi anno circiter decimo, aut 12, ut ex Coi sa notat P. Sa[illegible] citato, et ita Interpretat Cois Osuetudo ecclī quæ n' statim admittit pueros ad Eucharistiam, q̄d admittit ad penitentiā sacramentalem, s. d. postquam discernere possit sacrum a prophano.

Advertendum tn̄ e cum Soto In 4° dist. 23. q. 2. art. 2. & q̄d Siqueros, et P. Sala citato, posse ministrari Eucharistiam puero Exigente 12, aut 10 annum, si Interim Occurrat articulum mortis, quia tunc ne puer eo subsidio destituatur, accelerari debet Instructio eius de hoc Mysterio, neque enim Inconveniens q̄d puer Eucharistiam accipiat cum devotione aliquanto minore, quam si tam venisset ad 10, aut 12 ætatis suæ annum, id enim [illegible] necessitas tolerari potest, melius enim quod In eo articulo Sacra Eucharistia reficiatur cum sufficienti devotione. Et cum non sit adeo fervida, quam quod eo Sacro subsidio destituatur. Idem dicendum e de Extrema Untione: quæ secundum Colon[illegible] traddenda e statim ac puer e doli capax, si tunc Occurrat articulum mortis, quamvis non dum censeatur aptus ad recipiendam Eucharistiam, etiam In eo articulo; quia maior discretio requiritur ut quis sit aptus ad Eucharistiam digne recipiendam, quam ut censeatur aptus ad recipiendam Extremam Unctionem.

Dubitandum e 3° circa preceptum ieiunandi an scilicet pueri statim post usum rationis teneantur ad Ieiunandum, vel expectandum sit aliquot annorum spatium, ut hoc precepto censeantur adstricti? In hac difficultate Corduba In summa q. 4. refferens alios docet secundum Osuetudinem a prelatis, et ab omnibus approbatam non teneri pueros ante vigesimum primum annum expletum Ieiunare totam quadragessimam, et Vigilias, s. d. solum partem, quæ magis, vel minus [illegible] ætati appropinquaverint duxerint. Et Osuetudinem

Et

Et contra opinionem iudicat Salon. quod aliquis ante predictos annos
teneatur ad ieiunandum aliquo tempore quadragesime, aut vigiliarum. Quod
contra communis opinio, et consuetudo omnium Christianorum, qui nunquam ad
aliquod ieiunium se iudicant obligatos, nisi post predictos annos numeros.
Ratio huius opinionis est, quia mallosior huius precepti id
persuadet: Etenim pueri usque ad predictam etatem valde difficile
esset ieiunium, cum eo tempore sint valde proni ad comedendum, et
indigeant frequentiori cibo ad crescendum, et vires ipsorum corroborandas:
quae ratio satis persuadet, quod ecclesia pro sua benignitate quae fideles non
solum habuerit animum, aut intentionem imponendi tam onus pueris pere
incipientibus crescere, sed voluisse in sacris ipsis indulgere
sanctam indulgentiam extendi usque ad annum 21; communis consuetudo ab
ipsa ecclesia approbata, que illud tempus taxavit, confirmat.
Dubitandum 2°: an statim post usum rationis incur-
rant pueri censuras latas a Prelatis ecclesiasticis. Et quidem
difficultas est de penis, et censuris comitantibus aliqua precepta,
quae certam aliquam etatem requirunt, certum enim est eas censuras non
incurri ante predictam etatem, sicut nec precepta, ob quorum transgressionem
feruntur, ante predictam etatem obligant, illud quod est difficilius
quod puer vere obligatur precepto, et peccat illud transgrediendo an
scilicet tunc etiam incurrat penas, et censuras contra transgressores
fulminatas. Ut videre est in pueris ante annos pubertatis,
qui, ut diximus, obligati precepto annue confessionis, hi enim
vere peccant, si non confiteantur semel in anno. Dubitatur vero
an incurrant penas huic precepto annexas contra illius transgressores.
Communis itaque opinio est non incurrere statim
post usum rationis huiusmodi penas, aut censuras ecclesiasticas, quia
superiores ecclesiastici consulentes teneritudini etatis, communiter nolunt

eq. Iprehendere ... puerl ... censent satis intelligere ... Iudiale, vt possint scri, tamquam Otumaces, et vtalis puniri. Itaque P. Prepoisit. a. 95. disp. 4. dub. 7. qui doctrina intelligenda est de Censuris latis ab hoe, non de liis, qui a Iure feruntur, aliter Iudicatur a Doctoribus, et propter existimant pueros etiam ante annos pubertatis ex... Incurrere excom̄onem, si clericos percutiant, cap. pueris de sent. excois, et Irregularitatis, si alliquem occidant, Clementina, si furios. de homicidio. et colligit ex Silvestro verbo homicidium 3. q. 1. et alijs apud P. Sanches lib. 5. in decalogum cap. 12 n. 8. alijs Iprehendunt Int. dicto generali, aut locali, vt ... ex eod. Silvestro verbo Interdictum 2º num. 18. Sed de hoc latius Inima de censuris. Disp. 14 an peregrini teneantur legibus Patriæ, aut Loci, a quo discedunt? cap. 1us Sc.º generalis statuit, et ...

Disp.º 14.

An Peregrini teneantur legibus Patriæ, aut Loci a quo discedunt?

Cap. 1us.

Sc.º Generalis statuit. et Pt.

Dupliciter potest alliquis a loco Patriæ, vel Domicilij

alibi + recedere, 1º animo aquirendi ~~animi~~ Domicilij. 2º animo postea redeundi ad eundem locum, et de vtroque casu nostra sae, Peregrinus non teneri legibus illius loci, a quo recedunt. Ita Navarr. In manuali cap. 12. num. 5. P. Suarez de Sacram. disp. 44. sect. 3. et 4. et de Censur. disp. 5. sect. 4. num. 4. et sequentibus, et alijs In locis: 2º ... Azor, Sanchez, Sairus, Reginaldus et alij apud P. Baldelus lib. 5. disp. 31. num. 1.

1ª pars huius ... qui recedunt animo quærendi novum Domicilium, et reipsa illud aquirunt, ipso facto desinunt esse subditi illius loci, a quo recedunt, et facti

sunt

19. ut subditi alterius, in quo domicilium suscipiunt, nec amittunt sane subiectionem, donec iterum ab illo recedant: ergo non tenentur legibus prioris loci. Et confirmatur, quia lex non potest extendi, nisi ad subditos territorii: ergo eo ipso, quod recedentes ab illo loco desinant esse subditi, desobligantur legibus illius loci. Confirmatur: quia quod acquirunt domicilium in alio loco, iam tenentur legibus illius, ut infra dicemus: ergo non manet obligatio legum prioris loci, alioquin utriusque loci legibus gravarentur, quod sane absurdum est.

2a pars, nempe de iis, qui recedunt animo redeundi, et non acquirendi alibi domicilium, non est adeo certa apud Doctores; aliqui enim oppositum sentiunt cum Paludano in 4o distinctione 15 q. 4. art. 3. num. 26. cum Antonino p. 2. titul. 6o cap. 2 § 2 Silvestro verbo ieiunium q. 2. et aliis apud P. Salas disp. 14 de legib. sect. 5. n. 59. Nihilominus tenenda est nostra conclusio, ut longe probabilior, et probatur: quia leges et statuta respiciunt loca, et territoria, nec obligant subditos, nisi dum intra illud existunt: ergo quod subditi a tali territorio recedunt, etiam animo redeundi, non obligantur illius legibus. Confirmatur: quia ita recedentes, licet sint in habitu, et quasi radicaliter subditi, non tamen sunt actu subditi, nec sunt actualiter subiectioni: ergo actu non obligantur. Et confirmatur, quia sola subiectio in habitu non est sufficiens ad actualem obligationem ut notat Bonacina de legib. disp. 1. q. 1. puncto 6. no 29: ergo etc.

Quae doctrina non solum vera est, quando aliquis diu debet abesse a loco originis, seu domicilii, sed etiam quando aliquis mane discedit, vespere, seu nocte rediturus, ut loquitur P. Suarez tom. 1 de religione lib. 2 de sacrorum dierum observatione cap. 54. num. 2, et P. Sessa lib. 4. qui est de tempera cap. 2. no 55. seu etiam quando minimus seu brevissimus absque factus sit ut loquitur P. Sanchez lib. 1. in decalog. cap. 12 no 47.

Morat.

L. 9.° aliquis discedit statim redditur, ut declarat Bonac.
citatus num. 6. Illo e: ng qui recedunt ab aliq.° loco, ideo
deobligant ab illius legibus, quia sunt absentes, et extra eius
iurisdictionis illius loci: ergo quilibet absque ulla brevitate de-
ratura, erit sufficiens ad deobligandum; laudis doctis [illegible]
tendunt P. Suarez. P. Sanchez, et Bonacin. citati ad eos
casus, in quo tempus, que extra locum non obligant, sit alioquin
iuris communis, ergo, si quis exeat ex loco, in quo e receptum
Concilium Trident. et accedat ad alium in quo non e receptum.

Hinc deducit, nec de potest capitulo posse
ferri legem, que obliget subditos n. solum in territorio: sed etiam
extra territorium. Ut docet P. Suarez de legib. lib. 3. cap.
32. n. 4. quia in cap. 2. de Constitut. in 6. clare dedit id, qua-
re excom. lata per statutum Episcopi n. incurratur extra
territorium, quia scilicet dicenti ius extra territorium impune non
paret: que verba, ut ait Baldus, aperte significant defectum
potestatis ad ius dicendum extra territorium, et consequenter ad legem
ferendam, que obliget extra illud, et id sentit P. Sales citatus
cum Panormitano cap. a nobis 2° de sent. excom. cum Navarr.
Covarrub. Silvest. Angel. et alijs. Ita Bartolus lege 1° Codic.
de summ. Trin. n. 45 et 46. asserens vere obligari subditos
extra territorium, quod legislator expressit se velle illos obligari:
ut si dixerit Sit excomunicatus ubicunque exeat.

Similiter v° hanc doctrinam Ugolinus lib. de cen-
suris tabula 1.a cap. 9. § 3 in fine apud eundem Sal. [illegible]: ait enim
subditos obligari extra territorium, quod peccatum inchoavit in proprio ter-
ritorio, ut si Episcopus statuat quicumque clericus suae dioecesis per
duos menses non residerit excomunicatus sit, tunc si canonicus
per duos, aut plures menses extra dioecesim moret, incurrit
censuram, quia ipse contumacia assumpsit in alieno territorio, tn.

in

in proprio inchoata est, quia Limitius probat ipse Vgolinus argument: capitis cum contristi, cum tibi de foro competenti, et quia ubi quis quod per se facere debet, et non facit, ibi id non facere dicit: et argumento legis qui non facit ff de regul. iuris.

Sed recte impugnat a Suarez tom. 5 in 3 p. disp. 5 sect. 4. num. 8. et 9, quia in primis exemplum non est ad rem, nam peccatum illud, quantum attinet ad censuras, et forum ecclesiae non consumatur in alieno territorio, sed in proprio, quia in ordine ad censuras, et forum ecclesiae, peccatum consumatur in ipso actu et effectu externo proposito; in predicto autem exemplo, quod prohibet est omissio residentiae, haec vero omissio in illa ecclesia consumatur, ubi ex obligatione residendum erat. Unde non bene dicit, quod illa contumacia inchoatur in proprio territorio, et consumatur in alieno, nam si ille per duos menses in proprio territorio fuit, et non residit, ibi inchoavit et consumavit contumaciam, et ibi censuram incurrit. Quod vero in alieno territorio continuat in tali contumacia perseverans impertinens est; si autem in proprio territorio exerens non fuit absens a sua ecclesia per duos menses, non inchoavit ibi contumaciam, sed alibi, ubi terminum illum non residendo transegit, nam quos lex prefigit, non inchoatur contumacia, donec termini prefixi compleatur, ac proinde in huiusmodi legibus idem est inchoari, et consumari contumaciam, quamvis tamen contumacia interior inchoetur et consumetur in alieno territorio, tamen quia ipsa exterior transgressio in proprio consumatur, ideo in ordine ad censuram, potius censebitur delictum illud in proprio territorio committi.

Unde secundo absurdum est quod ponit Limitius illa ab Vgolino, quia primo potius dicendum erat contrario in ordine ad censuram ibi committi delictum, ubi exterius consumatur, licet alibi inchoetur. Secundo si quis inchoet delictum in proprio territorio, consumet vero illud, non incurret censuram statuti proprii territorii, sed vero

vero econtrario, si extra inchoet, et intra consumet. Hec aut(em) in illis dicendo sit in ordine ad censuras, quia in ordine ad alias penas, s(eu) effus, cois e' docta iurisitar(um), quando delictum in uno loco inchoat, et in alio consumat, delinquens utroq(ue) loco fieri subditus ro(ati)oe delicti ex legem 19 C. ubi de crim(inibus) agi oportet, in illis verbis, ubi commissa s(eu) inchoata sit. et docent coiter interpretes. Et ro(ati)o e' clara, quia is in utroq(ue) loco vere deliquit: ergo ro(ati)oe delicti fit utriusq(ue) fit utriusq(ue) loci, quantum ad penas s(eu) iudicium competens tali delicto, put in singulis locis commisso, at vero in ordine ad censuras intercedit hec pecularis ro(ati)o; nempe quod illa non incurrit propter inchoationem delicti, donec consumatum sit, supponimus enim, ita ee' fatq(ue). et ideo dicimus precipue ee' attendendum territorium, in quo consumatum, etiq(ue) si extra illud consumatum sit. Hec et alia plura Suarez.

Inchoatu(m)+ Int(er) quem, et Ugolinum deinde nulla ee' differentia existimat P. Salas quia utroq(ue) casu in illo eventu clericus n(on) residens sit extra proprium territorium sit incurrere censura latam ab Episcopo proprii territorii. Et sano modo poe' explari Ugolinus ut in eo casu delictum consumet in territorio alieno. Et inchoet in proprio, n(on) quidem, quia in proprio delinquat, et in alio consumet delictum, quamvis id fiere possit, ut si alio n(on) residendi ultra duos menses a territorio discedat. et in alieno ultra s(eu) ultra [illegible] ad voluntate manent, s(ed) quia discedere a propria ecclesia intra proprii territorii, fuit preambulum partis ad delictum, quod vero dicit consumatum in alieno territorio, quia omissio veniendi, et ratio residendi in alieno territorio e', et n(on) in propria ecclesia. Et hic sit damnum excom(munica)tionis secum, et ratio e' recte. Contra dicit Suarez delictum consumari in proprio territorio, ad quod confrat Angelus excom(munica)tione num. 10. casu 3. et Silvester excom(munica)tione 2. num. 8. casu 9. dicentes delictum censeri commissum in proprio territorio, et utrumq(ue) communiter sequendo Gratiano dicit similiter

dicemus

dicens q̃ [?] Episcopi Excõicent n. facientes residq̃, clerici exentes
extra, et hent [?] de hoc [?] Ligant, quia hent [?], in
ppriio territorio l. fine. Cap. 27 aliqua dubia ex dictis
expendunt.

Cap. 27

Aliqua dubia ex dictis expen=dunt.

Jm dubium sit, an q̃d subditus [?]
vulnerat alium in ppria diœcesi, ubi homicidio ē annexa cen-
sura, et vulneratus n. ibi moritur, sed in alia diœcesi, ubi
talis censura n. ē, illa incurrat. P. Suarez predicta sect.
4. nº 10 et affirmē, quia lt delictum, quoad [?] ultimum
ɔsumet extra territorium, tn quoad actionem illius externam
ɔsumat fuit intra territorium, neq. sit ut incurrat censura
spectandum sit effectus q̃ ɔsumat talis actionis, tn quod effectus
sequat in hoc, s. in illo loco, ē valde accidentarius, et ex [?]
sed ɔsiderandū ē, ubi revera ɔmissum ē delictum. S. P. [?]
autē ait ɔcedi posse delictum n. plene ɔsumari in propria diœ-
cesi, neq. actio occidendi, et occissio parva sit [?]; imo sit
idem motus, et utraq. includit mortem, actio, ut egrediens ab
agente, passio ut receptus in passo, et talis occissio revera
ē peccatum, sit ane nova malitia, quando ante mortem [?]
homicida n. dolet de causa homicidij data: ḡo tunc plene ɔsu-
mat peccatum homicidij, quando [?] moritur, et quamvis [?]
[?] ante mortem p̃ [?] doluerit de [?] facta, tn
in morte ɔsumat peccatum, quoad effectum, ex quo tamquam
ex obto trahit suam malitiam.

In hac difficultate inprimis ex dicto modo dicendum
talem reum n. posse puniri, nec ɔveniri in illo territorio, la-
qubtandum [?] moritur, quia [?] n. fuit ibi tempore

delicti

Celebrat, nec post vocem mortis potuit secari dici celebrari ibi omissum

Unde in effectu puniendus est in proprio territorio, ubi percussionem lethalem percepit, et incurrere censuras, signalatae in proprio territorio contra homicidium: Nam licet censura lata sit contra homicidium consumatum, veritate homicidium consumatum in proprio territorio, quamvis percussus ibi non moriatur, sed in alieno. Hoc est, quia illa percussio, quae reipsa infert mortem, est homicidium consumatum et talis percussio plene facta fuit in proprio territorio: ergo homicidium plene factum est in proprio territorio.

Verum itaque est, quod illa percussio non dicit plenum et consumatum homicidium, donec reipsa sequatur mors percussi, at vero post secutam mortem illa percussio ipsiusmet actus percussio est, quae denotatur et est homicidium: ergo si illa plene facta fuit in proprio territorio, etiam homicidium censebitur factum in proprio territorio, quia autem mors pariter quae spectat percussio, ut sit, et denotetur perfectum homicidium, contingat in alieno loco, non tollit, quominus homicidium pariter absolute sit in proprio territorio, ubi facta fuit percussio lethalis, sicut quia mors percussi sequatur post obitum percussoris, non sufficit ad hoc ut percussor dicatur hominem interfecisse, aut homicidium perpetrasse cum iam esset mortuus:

Quod dubium sit: an quis qui implevit preceptum in alieno territorio, teneatur illud iterum implere in proprio territorio, si accedat in tempore, quo tale preceptum urget. Casus potest contingere quando alicubi viget consuetudo, ut preceptum communicandi in Paschate possit impleri per totam quadragesimam, et aliquis communicabit ibi in initio quadragesimae, postea vero accessit ad proprium territorium, ubi Paschate, in quo ibi incipit obligatio communicandi. Aliud exemplum quis implevit preceptum ieiunii, aut festi, et postea transivit ad alium locum, in quo tale preceptum nondum impletum est: ut saepe

contingit

Attingit roe novi Kalendarij, quod n' e' oblig. precepti; ut notat P. Lessius Lib. 4. cap. 2 num.° 52, et tenens e', non teneri iterum implere preceptum, quia iam semel implevit: nec obest quod dicat quis habere roe domicilij omnes obligationes loci; solum enim id intelligit de particularibus preceptis, n' vero de communibus. Et idem dicendum est, si quis audivit sacrum, ubi n' urgebat preceptum, et postea transit ad locum ubi adest obligatio illud audiendi, n' tenetur iterum audire quia iam audivit, et ad precepti impletionem n' requiritur intentio adimplendi ut sup.° diximus.

Q. 3 dubium: An possit quis recedere licite a loco obligationis absque aio illud adimplendi in hac ratione: v.g. an quando in hoc loco e' dies festus possit aliquis discedere ad alium locum, ubi non celebratur festum, cum aio non audiendi ibi sacrum. Affirmative ref. Navarr. Suarez. Lessius. Sayrus. Sanchez Lib. 3. de Matr. Et hec ratio: quia preceptum obligat ad festum servandum in aliquo loco, n' vero ad eo manendum in illo, ut preceptum observetur, quasi ex supposito permaneat: ergo non peccat discedendo a tali loco, cum intentione vitandi obligationem, cum illam fugiat modo sibi iure licito, scilicet discedendo. Confirmatur: quia si recedit pridie ante festum, adhuc n' datur preceptum audiendi sacrum: ergo n' tenetur. Deinde in die festi e' extra locum: ergo nec tunc tenetur: ergo potuit voluntate ante nolle audire sacrum. Ratio, quia n' potest e' illicitum velle id, quod e' licitum reipsa facere.

Cap. 3.

Aliarum difficultatum paratur solutio.

4.m dubium, quod addit difficultatem preterito casui. An scilicet peccet ille, qui recedit a loco ubi e' dies festus, tempore quo potest adimplere preceptum illud n' adimpleto. Ut v.g. ipso mane diei festi discedit a loco cum aio n' audiendi sacrum alio in loco, in quo festum n' celebratur. Sayrus sentit cum aliis teneri prius, aut postea audire sacrum, in loco ad quem accedit, quorum Sanchez. Et Lessius opinionem putarunt valde probabilem. Et hic, et Suarez ait oppositum non esse admittendum in praxi: quia ita habet pia consuetudo ... potior. Et probatur: quia quando preceptum affirmativum habet aliquam latitudinem tenetur quisque preventire eius impletionem: ut tenetur quisque preveniire officium D. quod videt se impeditum fore pro toto residuo diei: ergo tenetur audire sacrum ante discessum, quod videt se postea n' auditurum roe absentie.

id.

Et his n distantibus oppa sa tenenda d. ...o. ..bapt... et hec ... ...
dicant Sanchez, Lessius loco cit. Salas, et Valdesius. Dr: quia si
exeat a loco, et territorio durante illo modico tempore audiendi sacri n' violat
preceptum, quia hoc obligat cum latitudine totius mane. Deinde, q.do e extra li-
mites loci, in quo lex obligat, tunc cessat oblig.o: ergo nunquam obligat, nec
peccat homo in omiss.e sacri.

Nec obest pia consuetudo: 1.o q.a de ea n' constat. 2.o q.a
et si det n' inducit obligoem, cum s. introducta sit ex devot. et n' aio
se obligandi, s. ex errore populorum existimantium se esse obligatos, nec
ex hac doctrina minuit cultus Dei, licet n' minuit ex omiss.e sacri, q.d
ad illud n' dat oblig.o. Ad illud P.is Suarez dico cum Salas, et aliis, tunc
solum nos teneri prevenire adimpletionem precepti, quando previdet futurum im-
pedim. manente vi precepti, et durante nra subiect. p tota latitudine
temporis, quum hec, n' vero q.do intra tempus precepti cessavit subiectio,
et obligatio, quia quando precipit nos facere aliquod intra tale tem-
pus subintelligit id.o, si videlicet toto illo tempore manserimus sub-
iecti precepto. Itaq preceptum audiendi sacrum solum obligat existentes intra
solum precepti, et pro toto mane, ita ut n' obliget sub aliq.o determinata
parte, sed o qualibet distrib.e. Unde qui mansurus e toto mane intra
illum locum, tenet prevenire impletionem precepti 1.o mane, si prevideat
in reliquo tempore futurum esse impeditum, n' vero qui extra locum exit temp.
precepti, quia ad horam in q.o discedit n' obligat, quia illud poterat implere
ultima parte temporis, in qua n' obligat, quia e extra territorium.

Disp.o 15.a

An Peregrini teneant legibus loci ad quem accedunt?

Cap. 1.

Advenas teneri legibus loci, in quo aquirunt domicilium, aut quasi domicilium.

Premitto 1.o: posse quis accedere ad aliquem locum, ita
ut acquirat domicilium, aut quasi domicilium, s. ita ut n' acquirat. 2.o

Noto

noto domicilium aliud habitationis, aliud originis, et originis est locus ubi quis fixe habitat. Q. d. e. a quo dicitur oriundus. Et addit Sanchez L. 3. de Matr. non dici illum locum ubi quis forte nascitur, cum Parentes eius ibi domicilium habitationis non habeant, sed illum ubi Parentes habent domicilium, quia fingitur natus in domicilio Parentum, et mater fingitur semper in proprio domicilio fuisse et peperisse ibi. Lege 1. et Leg. ultima ff de captivis. Ut notat Panorm. in cap. Rodulphus dicens domicilium habitationis posse mutari per voluntatem aut factum, non vero originis Lege assumptio ff ad Municipalem. Et Lege Origine.

3° noto: domicilium habitationis acquiri per realem habitationem in loco, et per voluntatem aut intentionem ibi perpetuo manendi, ita ut alterutrum neutrum sufficiat, sed requiratur utrumque. Et incipit acquirere, statim ac incipit habitare in loco cum predicta intentione, nec deperditur iam acquisitum per solam mutationem voluntatis, sed requirit cessationem habitationis, quia per easdem causas res dissolvitur per quas nascitur. Cap. 1. de reg. Iuris. 4° noto: etiam si non acquiratur domicilium in aliquo loco, posse acquiri quasi domicilium, quod distinguitur a vero domicilio, eo quod solum requirat voluntatem manendi ibi non perpetuo, sed ad tempus scilicet per maiorem partem anni, ut Colter docet. L. § 5, aut 6 menses, ut ait Valdes, vel cum voluntate indefinita habitandi ad longum tempus. Vel donec expediatur aliquod negotium quod alter non solet expediri, nisi per longum tempus. Ita Navar. L. [illegible]

Premitto 5°: posse denuo acquiri domicilium, aut quasi domicilium quin amittatur domicilium, aut quasi domicilium vetus. Ita habetur expresse Cap. de Sepulturis in 6. et lege assumptio § Celsus et Leg. eius qui manumisit § Celsus ff ad Municipalem. Ita Sanchez L. 3. de Matr. Et hinc innotescit quod quis habet intentionem retinendi utrumque, et in loco habitat utrisque bona parte anni, scilicet in uno per estatem, in altero per hyemem: quod autem est dubium an quis vere acquisierit domicilium in aliquo loco, et inceperit ibi habitare cum intentione perpetuo manendi, presumi debet acquisivisse, et vere intendisse perpetuo habitare. Ut notat Lessius. Bon. de Leg.

His premissis 3am affirmativam defendunt Palud. Suarez. Lessius, Sanchez L. 3. de Matrim. Salas. Bonacin. disp. 1 et alii apud Valdes. Probatur: quia incolae loci debent regi legibus illius, et habent subiectionem ad eas: sed advene fiunt per domicilium, aut quasi incolae illius loci: ergo etc. Sed aliqui cum Glossa que dicta ostendunt non acquiri subiectionem ad leges per quasi domicilium, sed requiri domicilium. Et ratio est: quia qui habet

proprie

Sed [illegible] domicilii L. quasi domicilii non est proprie incola aut subditus, s. quasi incola, qui non est obligandus, ut proprie incola. Sed hanc sententiam minus probabilem reputat Sanchez et Suarez non posse defendi in praxi. Et ideo improbabilis reiiciendus, quia L. non sunt proprie incolæ, in hoc tamen sunt quasi incolæ, quod subiiciuntur Legibus, ut veri incolæ, quod postulat bonum Reipub. regimen. Confirmatur quia per quasi domicilium acquirit Parochiam et subiectionem quoad omnia sacramenta (præter Ordines) de quo postea videbimus. Item quoad sepulturam, votorum dispensationem etc. Ita Salas et Bonacin. citati: ergo etiam per quasi domicilium acquirunt subiectionem ad leges.

Dico 2°. Advenas teneri legibus Loci, quæ sunt de Iure communi. Dico non habet difficultatem quando in utroque loco vigent, recessus scilicet et accessus. Sed Difficultas in loco ad quem accedunt vigent, in loco recessus sunt abrogatæ per contrariam consuetudinem. In quo casu etiam dico obligari cum Suarez, Henriquez, Sanchez, Sayro, Navarro et Bonacina citatis. Probatur 1°: quia tales leges non proveniunt a Iurisdictione speciali Loci, sed a Iure communi, quantum est ex se obligat omnes et ubique, nisi ex aliquo accidenti excusentur: ergo si advena non acquirat domicilium aut quasi, adhuc tenebitur Legibus de Iure communi, quas non ob aliquam causam excusaretur maxime per consuetudinis, quæ in loco discessus eas abrogavit; hæc consuetudo nihil potest deservire ad excusandum illum. Probatur minor: quia talis consuetudo et abrogatio non extendit ad alienum territorium, cum non sit personalis, sed tantum realis aut localis, aut si personalis, dependet a conditione essendi in illo loco. Sed obiicies: non videtur abesse, qui brevi est reversurus ut habetur in Trident. Sess. 23. cap. 1. et ex Iure communi Lege post Liminium, modica absentia reputatur quasi præsentia: ergo qui reperitur in altero Loco, et brevi est reversurus ad proprium locum, ubi abrogatæ sunt Leges, reputabitur quasi præsens, et solutus ab illis Legibus.

Resp. cum Vellino, in cap. quoniam frequenter: nomen absentia, et præsentia diversimode accipi pro diversitate materiæ, nec posse tradendam regulam generalem, nam si agitur de sponsalibus, quæ solum dantur inter præsentes, præsens dicitur qui vocem alterius potest audire. Et de præscriptione præsens dicitur, qui est in eadem provincia. Verum præsentia in ordine ad privilegia et leges obligantes sumitur intra territorium. Itaque qui est, aut brevi est rediturus, reputatur præsens quoad residentiam et alia, tamen quoad legum obligationem non est absens præsens. Unde non dicendum est, ans si loquatur vivaliter. Nec valet dicere quod factores Iuris iudicari

omnia

Verb: quia secho iuxta non e admittenda, p iis casib, p quib impositure expressanone.

Cap. 24

Proponunt alij casus, in quib advenae obligant legibus loci, ad quem accedunt etiam in transitu.

In praesenti loquimur de statutis particularib loci accessus, quae non obligabant in loco recessus. Et de his: Dico 1o. Advenas teneri etiam in transitu, quoad pertinent ad solemnitatem aut formam contractus, aut quoad illorum transgressio cedit in damnum illius loci. Ita Celinus. Canonim. Suarez. Azor, Sanchez. Et Bonac. citati. Et quoad contractus expresse habet cap. finali de foro competenti. Et lege si fundus ff de evictione. Unde peregrini etiam tenentur ad gabellas, si solvant ex contractibus, ut notat Sanchez Medina. Bonac. In quantum obligatio ad gabellas e accessoria ad contractum vendere, et tenentur pretio ibi taxato, et facere testamentum cum solemnitatib ibi statutis, et contrahunt matrimonium tenentur habere coram parocho et testibus, sibi obligat Trident. Hoc obliget in loco recessus. Ratio.

Ratio: quia eiusdem leges in tali loco, sunt regula taliter actuum, quoad validitatem aut nullitatem necesse, qui requirunt in aliquo loco certo solemnitatem, possunt habere valorem sine adminiculo iuris, ut habetur lege legitima ff de pactis; quod tale adminiculum habere possunt quoad leges loci illis resistunt, et ibi celebrantur iuxta ius. Et ideo si eiusdem leges ita praescribant solemnitatem in contractibus, ut illos irritent, si careant illis, censeri debent irriti, etiam si celebrentur a peregrinis. Hoc enim non est intelligendum in contractu dotis, ut notant Sanchez et Bon. nam in hoc contractu non attenditur ad locum contractus, sed ad locum in quo vir habet domicilium: quia ipsimet iudices videntur destinare ad talem locum, quod e particulare huius contractus, ut habetur expresse in lege exigere ff de iudiciis. Quoad leges autem, quarum transgressio cedit in damnum illius loci, probatur: quod ius ipsum naturale dictat non esse impediendum bonum loci propter privatum advenae bonum illac transeuntis: quod tenetur etiam in transitu ad tales leges servandas.

Hinc deducit obligari eum extrahentem merces aut frumentum ex loco transitus contra ipsius leges, nec posse immorari in illo loco ultra tempora praescripta a lege. Et generaliter posse a gubernatoribus loci teneri

— eeos

Locis quibus directe illi resistant advenas, inquiunt deber non impedire bonum loci. Ut notat Suarez ex hochensi - primum et Nvest. quia quoad hec satis subditi sunt ratione transitus et mora brevis quia iurisdictio sic concedenda est Gubernatoribus, qui necessaria censet ad defendendum quoscumque bonum loci sibi subiecti. quod deducit. Pluris deducit advenas posse puniri secundum leges loci transitus, si ibi committant delictum, quia ratione huius subiiciuntur legibus loci. cap. Ltroc de foro et lege quos shines, Cod. ubi de crim. ratione autem delicti intelligit transgressio illarum legum ad quas tenentur, non vero illarum legum quae sunt quae solum obligant proprios subditos.

Dico 2°. Advenas teneri ad observandum leges, quas violare non possunt sine scandalo et offensione aliorum, ut tempore Ieiunij comedere carnes publice etc. Ita Azor. Suarez. Salas. Sanchez, et Bonacina lege naturali obligamur ad vitandum scandalum et offensionem aliorum, ergo et ad leges servandas, quas violari non possunt sine tali scandalo et offensione. pro quo notandum hanc obligationem non venire immediate directe a iurisdictione speciali talis loci, sed a iure naturali, quia tales leges non tenent ceteros Peregrinos ut praecepta subditos comprehendentia, quia vere subditi non sunt in ordine ad eas leges, sed ut conditiones, quibus positis oritur scandalum ex non observatione illarum. Unde fit, quod advenae non tam dicantur obligari ad has leges, quam ad vitandum scandalum, quod sequitur ex illarum non observatione, quia si ad illos directe obligarentur, deberent eas simpliciter servare, etiamsi non timeret scandalum, quod falsum est: quia in occultis possunt contra illas facere. Unde non possunt puniri poena, qua puniuntur transgressores illarum. sed ut Authores scandali, quia cum hoc sit delictum commissum in loco, ratione delicti fiunt subditi illius.

Unde colligitur extra hos casus, advenas non teneri ad observandas leges loci transitus, aut ingressi ad breve tempus. Ita Palud. Silvest. Antonin. Medin. Sayr. Azor. Sanchez de Matr. Salas. Lessius. Reginald. Bonac. de leg. q. 1. punc. 6. Pro: quia qui transit per aliquem locum: aut brevi tempore in illo est, moraliter non dicitur in illo esse. lege quemadmodum § finis ff de lege 3. sicut qui natus, statim perit, moraliter reputatur quasi non natus cap. tametsi. 2° quia brevis mora non est sufficiens tribuendi Superiori iurisdictionem, nec transeuntibus subiectis. Quare quia Episcopi et eiusdem Praelati nequeunt dispensare in votis, aut Sacram

Ceterum

officere pret penitq et Eucharistiq. Pro quibus hic etiam facultas Ordinis Episcopi proximi, et Parochi. Idemque hic quod diximus de Peregrinis, dicendum est de Regularibus, quoad statuta Episcopi, et Ordinariorum, in quibus hospitantur. Ita Suarez et Salas, quia et si habeant certum territorium, tamen hoc ipso potest extendi ecclesiastica, posset huic habere propria, habere domicilia et in illis habere proprias observantias, ut colligitur ex cap. 1. de Privilegiis in 6.

Ad finem dicendum est: Vagos, qui nullibi habent certam sedem, sed ultimam reliquerunt, sed ad aliam nondum venerunt, teneri legibus particularibus cuiusque loci, in quo transeunt: quia cum nullibi habeant certum domicilium, videtur quod illud servant: sed nequeunt acquirere dictura, et effectus domicilii, nisi sint subiecti: ergo etc. quia alioqui nullam subiectionem ad Episcopum aut Superiorem haberent, qui eos posset dirigere et gubernare, quod non est admittendum. Hac sa... Cum tenent Medin. Sanchez. L. 3 de Matr. disp. 18. Suarez. Azor. Salas. Sayrus. Pepinal. Soltus. Bonac. q. 1. de Leg. quod negant in Peregrinis, qui alicubi habent proprium domicilium.

Disputatio 16.

Quid sit Lex poenalis, et an obliget in conscientia

Nostra conclusio est: Legem poenalem posse in conscientia obligare, ut est in legibus Canonicis, qui imponunt censuras, et tamen obligant in conscientia ad actum praeceptum. Probatur: quia Legislator potest non imponendo poenam obligare in conscientia: ergo et imposita poena, non enim facit quod subditus minus teneatur in conscientia ad illud opus. Confirmatur quia per unam legem potest praecipi opus obligando ad illud in conscientia, et per aliam imponi poena sua transgressoribus: quod totum potest fieri per unam legem. Sed obiicies: potest, quod videtur iniustum imponere poenam temporalem sub obligatione conscientiae, nam eo ipso quod lex obliget in conscientia, obligat sub reatu poenae aeternae: ergo nequit Iudex exigere poenam temporalem, quia addere maiorem poenam quam meretur. Sed obiectio non solum probat contra conclusionem, sed etiam non posse puniri poena temporali peccatum contra legem naturalem, v.g. homicidium, et quia tot addit poena supra dignitatem illius peccati, quod hoc ratione in inferno puniendum est.

Re

Resp. Neg. qd. facilig et Arriaga: à Deo diminui de pœna ęterna, quia de temporali addit in hac vita. Unde numquam Deus bis punit, quod ... in hac vita à Judici Sumo punit è semel. Ubi suspendg ... pœne hui vitę: quamvis graves, ñ posse exhaurire ęternas pœnas, quam homo meret p pecco mortali: potest tñ Deus dispensare com pœnis temporaly ... brevissg diminuti ... ęterne. Plures pecci merere ita ... pœnas ut mereat à Deo statim infligi. Unde infert illas pœnas, quia punitur homo in hac vita à Judice Sumo, etiã si in inferno ęterna sit puniendg de pœne infinite minore, quam meret, quia merebat supra etiã puniri à puncto commissionis pecci: ergo etc.

Rogabis an de facto Leges pœnales sul obligent in conscia. ... partem negativam fert Navarr. et alij quorum summa est. 1° Leges pœnales sunt odiose: ergo benignè interpretandę. 2° supexior ... quod imponat pœnas temporales, videtur excludere ęternas. 3° quia ... sic suadet, et plures leges ñ obligant in conscia: ergo nulle. Ad 1um fateor esse odiosas: nego in hoc puncto benignè interpretandas, quia hoc ñ habet locum contra clarum et propriam verborum, quę sepe inducit obligoem in conscia in legibus pœnalibus. Ad 2um dico: licet Legislatores non exprimere pœnas ętern, quia habet connexionem cum obligoe in conscia, quam ... se supponit. Ad 4um non idita receptum esse. Dico 1° Leges ecclesiasticas imponentes pœnas obligare in conscia. Excoicos ... quia excoico ñ fert, nisi ubi supponit culpa gravis, si excoico sit gravis, idest maior. Idem dicendg è de suspensione: ergo etc. Dico 2° Leges pœnales etiã civiles obligare in conscia ... quia cum hec obligo pendeat à volunte Legislatoris. Cons Doctores sicut iudicat eas fuisse de facto in pluribus legibus pœnalibus, necessario quirenda è.

Dico 3°: Plures Leges pœnales de facto ñ obligare in conscia, sed ad pœnam. Prob ñ incongrua roe: quia cum finis legum maxime civilium, sit inducere aliqua bona, et impedire aliqua mala, ro nalis dictat expediens esse id efficere suavissimo md, quo possit: ergo sepe sufficit verum prohibere sub aliqua temporali pœna: nec opportunum erit addere vinculum conscię, maxe in rebus multis, quę sunt parvi et minoris momenti.

Rogabis: Unde dignoscatur: quę Leges in conscia obligent, quę verò ad pœnam? Resp. Vix posse assignari regulas generales. Dico tn 1°: Si pœna sit ecclesiastica, quę supponit culpam, ut excoico, suspensio, quia illa

pœna

penam imponi posse sine transgressione ... expandit. 2° quia legislator explicat se nolle nisi ad penam obligare ... ni lex aeque poenalis. 3° si in aliqua lege particulari ister ... consuetudine non obligare, et obligabit; quia ex consuetudine est optima legum interpres. 4° quando fert lex circa materiam quae de se culpabilis non est, his: in talibus verbis: Siquis hoc, vel illud fecerit talis penam incurrat. Probabilissima talem legem non obligare in conscientia ad penam, quia ad eius solum haec verba satis innuunt voluntatem legislatoris.

Ex hac autem regula aliqui excipiunt penas gravissimas mortis aut mutilationis etc. quia alioquin lex esset imprudens, si propter rem quae culpa caret, penam gravissimam imponeret. Ego tamen existimo posse legislatorem penam gravissimam imponere absque alia obligatione in conscientia. Et quaestio procedit quod res est licita seclusa tali lege; quia si illicita est, et intrinsece mala, non est dubium posse denuo prohiberi gravissima pena temporali, nulla superaddita obligatione in conscientia. Probatur ergo 1° quia saepe res potest esse tanti momenti, ut existimet necessaria pena gravissima ad cogendos subditos ut illam exequantur; ergo tunc poterit legislator eam rem praecipere sub tali pena, non addendo aliam obligationem in conscientia. 2° Probatur quia iuste in Hispania pena flagellorum [illegible] infligitur fugientibus e carcere, quamvis fuga non sit peccaminosa. Dices: illam legem fore iniustam. Respondeo quod non esset iniusta quia gravaret subditos, nam liberius haberent subditi quam alii leges quae censent [illegible], nam melius est subdito quod exire a regno prohibeatur sub pena capitis quam sub peccato, tamen exeo quod pena prohibeatur sub peccato, non subit penam capitis. Si ergo superior prudenter poterat rem praecipere sub utroque [illegible], quare non poterit sub uno tantum?

Hinc ergo constat penam gravissimam temporalem impositam legem non esse certissimum signum obligationis in conscientia, quia cum possit eam penam imponi absque tali obligatione, possunt concurrere circumstantiae ex quibus prudenter iudicet eam fuisse mentem legislatoris. Ultimo dicendum si res praecepta directe ad mores pertineat, quod maxime locum habet in legibus ecclesiasticis, tunc facilius praesumi voluntatem directe obligandi in conscientia. Ratio est quia materia politica, quod pro materia pertinente ad mores maxime expedit obligatio in conscientia, pro politica vero sufficit obligatio quoad penam in foro externo.

Disp. Ultima Compendium.

Q. Lex penalis obliget ad penam subeundam ante Iudicis sententiam?

Pone sa ... obligare ad arbitrar penas subeundas ante sq iudicis, cois sn Doctorq, quia ... ex ... et lus ... ad preferendo hoc ... qui a ... superiori ... et ... lumine ... integibq de facto quasq obligent ad subq penq ante iudicis sq, et quando ... pd. illo. Dico 2o: ... omnes penas de facto incurri ante iudicis sq. Ita Covarr. Navarr. Bonac. ... de Legg. ... 3 de Sacha. diff. 8. Lessius c. 29 dub. 8. Valent. Molin. Sanchez ... iudicat. Regin. Azor. Vasquez. Salas, Suarez. Valdelus. Et probr ex coi Doctorq sent. qui plures leges penales de facto admittunt non ... ante sq. Et in specie de Moliane facienda bono ... hereticis colligitur ex cap. Cum secundum leges, de hereticis in 6. ubi dicit n licere ... usurpare de bonis heretici, quamvis constet de eq delicto ante sq. et conviat, quia si rem ... testes ... mererint, nulla manebat obligo restituendi ea bona, qui alioqui ad ... spectarent. Ita Sanchez. Bonac. Navarr. Azor. Et Silvester.


Dico 3o: aliquas penas de facto incurri nulla expectata sa. ... declaratoria ... ... Ita ... Sayr. Suarez et omnes Catholici. Ut pt in excoice que fert ipso iure et incurrit ipso facto. Nec obstat q. alter asserant ... n ee subeundas penas ante sq iudicis, quia id ... in lege ... expr ..., et q. alias n constat de voluntate legislatoris, ut notat Salas. Dico 3o: q. in verbis legis n exprimitur ... ante sq. in ... n incurrere penq transgressorq nisi post sq. Probatur quia favores sunt ampliandi, odia restringenda, et n e consentaneq tantum gravamen imponere, nisi expresse constet de volunte legislatoris.

... Sed rogabis q. ... legis censeat penam imponere ipso facto, et ante sq iudicis. 1a regula secundum ... Lex ... verbis simpliciq comminantibus penq ... precipimus sub pena exilij, aut excois, et nil aliud addit, hinc ea pena non censetur ipso facto, q. cum he leges odiose sint in benigniorq ptq interpretande sunt, q. verba hanc interpretationem admittunt. Idq dico q. penam ... verba de futuro, ut qui hoc fecerit privabitur bonis. 2o q. illud verbq de futuro n fert sq ... notat sq ferendq post ... delicti. 2a regula: q. verba declarans penq referunt a ... per ... cui ministerio opus sit ad illq incurrendq, hinc pena n incurritur statim ... post sq. ut si dicat spolietur, condemnetur, aut excoicetur, q. nemo seipsum spoliat, condemnat, aut excoicat. Ultima regula: hinc pena incurritur ante sq. q. legislator loquitur per ... verba ... excoicamus, privamus ... ipso iure, ipso facto, q. hec verba notant q. n requiritur alia sa ad penam, ... intimet ... ... Et hec ... cedant in D. ... Laudes. Et ... 3. ... ...

Al D.r D.n Luis de Lara q.e de Dios m.s añ.s
Canonigo Juez de testam.tos y Vicario de
la Ciudad de.

M.o P.e

Xerez



333

224

Sanchez de Peccat. et le

142